


NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
14
26 M
21

A

CONSTITVTIONES, ET REGVLÆ FRATRVM EREMITARVM ORDINIS SANCTI HIERONYMI CONGREGATIONIS BEATI PETRI DE PISIS.









VITERBII.

Ex Typographia Bernardini Diotalleuij. 1642.


SVPERIORVM PERMISSV.



CONSTITVTIONES

Et Regule fratrum Eremitarum Ordinis S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Pisis.

PROEMIVM




T noſtra hæc Congregatio fratrum Eremitarum Sancti Hieronymi, quam diuina bonitas primùm inſtituit per ſeruum ſuũ B. Petrum Gambacurtam de Piſis, & poſteà per Chriſti Vicarios Martinum V. & plures alios Summos Pontifices pluribus gratijs, & priuilegijs decorauit, & tandem per Pium V. etiam ad profeſſionem, & ſtatum verè, & propriè Religioſum ſub regula S. Auguſtini euexit, melius in diuino obſequio promoueatur, & iuxta Spiritum ſuæ vocationis ad finem religioſæ virtutis, & perfectionis dirigatur, neceſſarium omninò eſt, Conſtitutiones aliquas, & regulas ſcribi, quæ in via Dei illam iuuent, & dirigant, & hæ ſunt illæ ipſæ, quas Patres noſtri olìm ſcripſerunt, & quæ antè aliquot annos, iuſſu Eminentiſsimi Card. de Monte, tùnc Protectoris totius ordinis fuerunt recognitæ, nunc enim iterùm prodeunt meliori ordine, ac forma, additis etiam non nullis rebus valdè neceſſarijs, Iuſſu primùm Eminentiſs. ac Reuerendiſs. D. F. Antonij Barberini S.R.E. Card. S. Honuphrij, tùm Eminẽtiſſimorum ac Reuerendiſſimorum DD. Cardinalium negocijs Regularium Præfectorũ, & quamuis ad Culpam læthalem non obligent quantum eſt ex ſe, æquiſſimum tamen eſt, vt earum ttanſgreſſores teneantur ad pænam aliquam temporalem, quam, vel ipſæ

Constitutiones statuerint, vel ipsi Superiores pro loci, ac temporis Circumstantijs, & pro rerum, ac personarum qualitatibus prudenti iudicio imponendas Censuerint: nō ergò volumen legis huius recedat ab ore nostro (quod olim ad Iesuè Dominus dixit) meditemur in eo diebus,ac noctibus, vt Custodiamus, & faciamus omnia, quæ scripta sunt in eo, & tunc dirigemus vias nostras, easq; intelligemus, & quoniam, vt habetur sapientiæ 6. Cura disciplinæ dilectio est, & dilectio Custodia legum est, si dilectionem in nostris Cordibus habuerimus, promptè, ac facilè omnia custodiemus, & quia custodia legum, vt ibi subditur, est Consumatio incorruptionis, & incorruptio facit proximum Deo, per has ipsas Constitutiones, ac regulas maximè Deo appropinquabimus; quod solùm est maximè optandum, & procurandum.



REGVLA

REGVLA SANCTI AVGVSTINI.


NTE omnia, fratres chariſſimi, diligatur Deus: deinde proximus. Quia iſta præcepta ſunt principaliter nobis data. Hæc igitur ſunt, quæ vt obſeruetis præcipimus in Monaſterio conſtituti.

Primum propter quod in vnũ eſtis congregati, vt vnanimes habitetis in domo, & ſit vobis cor vnum, & anima vna in Deo. Et nõ dicatis aliquid propriũ: ſed ſint vobis omnia communia: & diſtribuatur vnicuiq; veſtrum à Præpoſito veſtro victus, & tegumẽtũ: nõ æqualiter omnibus: quia non æqualiter valetis omnes. Sed potius vnicuiq; ſicut cuique opus fuerit. Sic enim legitis in actibus Apoſtolorum, quia erant illis omnia cõmunia, & diſtribuebatur vnicuiq; ſicut cuiq; opus erat. Qui aliquid habebant in ſeculo quãdo ingreſſi ſunt Monaſteriũ, libenter velint illud eſſe commune. Qui autem non habebant, nõ ea quærãt in Monaſterio, quæ nec foris habere potuerunt. Sed tamen eorum infirmitati, quod opus eſt tribuatur, etiam ſi paupertate eorum quãdo foris erant, nec ipſa neceſſaria poterant inuenire. Tamen non ideò ſe putent eſſe fœlices, quia inuenerunt victum, & tegumentũ, quale foris, habere non potuerunt. Nec erigant ceruicem, quia ſociantur eis, ad quos foris accedere non audebant. Sed ſurſum cor habeant: Et terrena vana non quærant: Ne incipiant monaſteria diuitibus eſſe vtilia, non pauperibus ſi diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur.

Rurſus etiã illi, qui aliquid videbantur eſſe in ſeculo, nõ habeant faſtidio fratres ſuos, qui ad iſtam ſocietatẽ ex paupertate venerunt. Magis autem ſtudeant non de parentũ

diuitum dignitate; Sed de pauperum fratrũ ſocietate gloriari. Nec extollantur, ſi cōmuni vitæ aliquid de ſuis facultatibus contulerint; Nec de ſuis diuitijs magis ſuperbiant, quia eas ipſi in monaſterio partiuntur, quam ſi eis in ſæculo fruerentur. Alia quippè quæcumq; iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant: Superbia verò etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant. Et quid prodeſt diſpergẽdo dare pauperibus, & pauperẽ fieri, cũ anima miſera ſuperbior efficitur diuitias contemnẽdo, quàm fuerat poſſidendo? Omnes ergo vnanimiter, & concorditer viuite, & honorate in vobis Deum inuicem, cuius templa facti eſtis.

Orationibus inſtate horis, & temporibus conſtitutis. In Oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod factum eſt; vnde & nomen accepit. Vt ſi fortè aliqui etiã præter horas conſtitutas (ſi eis vacat, orare voluerint) non eis ſint impedimento, qui ibi aliquid agendũ putauerint. Pſalmis, & Hymnis cum oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore, & nolite cantare, niſi quod legitis eſſe cantandum. Quod autem non ita ſcriptum eſt vt cantetur, non cantetur. Carnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia eſcæ, & potus, quantum valitudo permittit. Quando autem aliquis non poteſt ieiunare, non tamen extra horam prandij aliquid alimentorum ſumat, niſi cũ ægrotat. Cum acceditis ad menſam, donec inde ſurgatis, quod vobis ſecundum conſuetudinem legitur ſine tumultu, & contentionibus audite. Ne ſolæ vobis fauces ſumant cibum: ſed & aures eſuriant verbum Dei. Qui infirmi ſunt ex priſtina conſuetudine, ſi aliter tractantur in victu, non debet alijs moleſtum eſſe, nec iniuſtum videri eis, quos aliqua fecit conſuetudo fortiores. Nec illos feliciores putent, quia ſumũt, quod non ſumunt ipſi: Sed ſibi potius gratulentur, quia valent, quod non valent illi.

Et ſi eis, qui venerunt ex moribus delicatioribus ad monaſte-

naſte-

nasterium, aliquid alimentorum, vestimentorũ, operimentorumuè datur, quod alijs fortioribus, ideò felicioribus nõ datur: cogitare debent, quibus non datur, quantum de sua seculari vita illi ad istam descenderint, quamuis vsque ad aliorum, qui sunt corpore firmiores, frugalitatem peruenire nõ potuerint. Nec debent velle omnes quod paucos vident amplius (non quia honorantur, sed quia tolerantur) accipere: Ne contingat detestanda peruersitas, vt in Monasterio, vbi, quantum possunt, fiunt diuites laboriosi, fiant pauperes delicati.

Sanè quemadmodum ægrotãtes necesse habent minus accipere, ne grauentur; ita & post ægritudinem sic tractãdi sunt, vt citius recreentur: etiam si de humillima seculi paupertate venerint: Tanquam hoc illis contulerit recentior ægritudo, quod diuitibus anterior consuetudo. Sed cum vires pristinas reparauerint, redeant ad fœliciorem consuetudinem suam: quæ famulos Dei tanto amplius decet, quanto minus indigent, Nec cibi eos teneat voluptas iam vegetatos, quos necessitas leuarat infirmos.

Illos sanè existiment ditiores, qui in sustinenda parcitate fuerint fortiores. Melius est enim minus egere, quam plus habere.

Non sit notabilis habitus vester. Nec affectetis vestibus placere, sed moribus. Quando proceditis, simul ambulate: Cum veneritis, quo itis, simul state. In incessu, statu, habitu, & in omnibus motibus vestris nihil fiat, quod cuiusquã offendat aspectum; sed quod vestrã deceat sanctitatẽ. Oculi vestri, & si iaciantur in aliquam fœminarũ, in nullã figãtur. Neq; enim quando proceditis, fœminas videre prohibemini; Sed appetere, vel ab ipsis appeti velle criminosũ est. Nec solo tacito affectu, sed affectu quoq; & aspectu appetitur, & appetit concupiscentia fœminarũ. Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos;

Quia

Quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius. Et cũ se inuicẽ sibimet, etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nuntiant impudica, & secundũ concupiscentiã carnis alterutro delectantur ardore: etiã intactis ab immunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus. Nec putare debet, qui in fœminã figit oculũ, & illius in se ipsũ diligit fixum, ab alijs se non videri, cũ hoc fecerit: videtur omnino, & à quibus se videri nõ arbitratur. Sed & si lateat, & à nemine hominũ videatur, quid faciet de illo desuper inspectore, quẽ latere nihil potest? An ideò putãdus est nõ videre, quia tãto videt sapientius, quãto patientius? Illi ergo vir sãctus timeat displicere, ne velit fœminæ malæ placere. Illum cogitet omnia videre, ne velit fæminæ malæ videri. Illius namq; in hac causa cõmendandus est timor, vbi scriptum est abominatio est domino defigens oculũ. Quando ergo simul estis in Ecclesia, aut vbicumque fœminæ sint. inuicem vestram pudicitiam custodite, Deus enim, qui habitat in vobis, etiam illo modo custodiet vos ex vobis.

Et si hanc, de qua loquor vobis, oculi petulantiam in aliquo vestrum aduerteritis, statim admonete. Ne mala cœpta progrediantur, sed de proximo corrigantur. Si autem post admonitionem iterum, vel alio quoq; die idipsum eum facere videritis, iam velut vulneratum sanandum prodat, quicunq; hoc potuerit inuenire. Prius tamen est alteri, vel tertio demonstrandum, vt duorum, vel trium possit ore conuinci, & competenti seueritate coerceri. Nec vos iudicetis esse maleuolos, quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes non estis, si fratres vestros quos indicando corrigere potestis, tacẽdo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus haberet in corpore, quod velit occultari, dum timet secari, nonne crudeliter à te sileretur, & misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius debes eũ manifestare, ne deterius putrescat in corde? Sed antequã

alijs

alijs demonſtrentur,per quos cõuincendus eſt:ſi negauerit. prius præpoſito debet oſtẽdi, ſi admonitus neglexerit corrigi : ne fortè poſſit (ſecretius correctus) non innoteſcere cæteris. Si autem negauerit, tunc neganti adhibendi ſunt alij etiam coràm omnibus, vt poſſit non ab vno teſte argui, ſed à duobus, vel tribus conuinci.

Conuictus verò ſecundùm arbitrium Præpoſiti, vel etiã presbyteri,ad cuius diſpenſationem pertinet,debet emẽdatoriam ſubire vindictam.Quam ſi ferre recuſauerit,etiam ſi ipſe nõ abſceſſerit,de veſtra ſocietate proijciatur.Nõ enim hoc fit crudelitèr,ſed miſericorditèr:Ne cõtagione peſtifera plurimos perdat.Et hoc,quod dictum eſt de oculo nõ figendo;etiã in cæteris inueniendis,indicandis,prohibendis, cõuincẽdis, iudicandiſq; peccatis diligẽtèr, & fidelitèr obſeruetur cum dilectione hominũ,& odio vitiorũ. Quicũq; autẽ in tantũ progreſſus fuerit malum, vt occultè ab aliquo literas, vel quodlibet munus acceperit: Si hoc vltrò confiteatur, parcatur illi, & oretur pro eo. Si autem deprehenditur, conuincitur, ſecundum arbitrium Prępoſiti, vel Presbyteri grauius emẽdetur. Veſtes veſtras in vnum habeatis, ſub vno cuſtode, vel duobus, vel quot ſufficere poſſint ad eas excutiendas, ne à tinea lędantur. Et ſicut paſcimini ex vno cellario, ſic induamini ex vno veſtiario. Si fieri poteſt, ad vos nõ pertineat quod vobis indumẽtum pro temporũ congruentia proferatur. vtrũ hoc recipiat vnuſquiſq;quod depoſuerat,an aliud quod alter habuerat;dũ tamẽ vnicuiq; prout cuiq; opus eſt non negetur. Si autem hinc inter vos contẽtiones,& murmura oriuntur,& cõqueritur aliquis ſe deterius accepiſſe, quã prius habuerat, & indignum ſe eſſe quod nõ ita veſtiatur, vt alius frater veſtitur; Hinc vos probate quantum vobis deſit in illo interiore sãcto habitu cordis,qui pro habitu corporis litigatis.Tamen ſi veſtra toleratur infirmitas, vt hoc recipiatis, quod poſueratis. In vnum

tamen locum, sub communibus custodibus habere quod ponitis. Ita sanè vt nullus sibi aliquid operetur: sed omnia opera vestra in vnum fiant maiori studio, & frequentiori alacritate, quam si vobis singuli propria faceretis. Charitas enim de qua scriptum est, quod non quærit, quæ sua sunt, sic intelligitur, quia communia proprijs, nō propria communibus anteponit. Et ideò quantò magis rem communem, quam propriam curaueritis, tanto vos amplius proficere noueritis. Vt in omnibus vtitur transitoria necessitas, superemineat, quæ permanet charitas.

Consequens ergo est, vt etiam cum quis suis filijs, aut aliqua necessitudine ad se pertinentibus in monasterio constitutis aliquam cōtulerit vestem, siue quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occultè accipiatur: Sed sit in potestate Præpositi, vt in rem cōmunem redactum, cui necesse fuerit præbeatur. Quod si aliquis rem sibi collatam cælauerit, furti iudicio condemnetur.

Indumenta vestra secūdum arbitrium Præpositi lauentur, siue à vobis, siue à fullonibus: Nè interiores animæ sordes contrahat mundæ vestis nimius appetitus.

Lauacrū etiam corporis, cū infirmitatis necessitas cogit, minimè denegetur, fiat tamē sine murmure de cōsilio Medici: ita, vt etiam si nolit, iubente Præposito, faciat quod faciendum est pro salute. Si autem velit, & fortè nō expedit, suæ cupiditati nō obediatur. Aliquandò enim etiam si noceat, prodesse creditur quod delectat. Deniq; si latēs est dolor in corpore, famulo Dei dicēti quod sibi doleat sine dubitatione credatur. Sed tamē vtrū sanando illi dolori quod delectat, expediat, si non est certum, Medicus consulatur.

Nec eant ad balnea, siue quocumq; ire necesse fuerit minusquam duo, vel tres. Et ille, qui habet aliquò eundi necessitatem, cum quibus Præpositus iusserit, ire debet.

Aegrotantium cura siue post ægritudinē reficiēdorum, siue

ſiue aliqua imbecillitate, etiam ſine febribus laborantium vni alicui debet iniungi, vt ipſe de cellario petat, quod cuiquam opus eſſe proſpexerit.

Siue autẽ qui cellario, ſiue qui veſtibus, ſiue qui codicib' præponuntur, ſine murmure ſeruiant fratribus ſuis.

Codices certa hora ſingulis diebus petantur: extrà horam, qui petierit, non accipiat. Veſtimenta verò, & calciamenta quandò fuerint indigentibus neceſſaria dare non differant, ſub quorum cuſtodia ſunt, quæ poſcuntur.

Lites aut nullas habeatis, aut quam celerrimè finiatis, ne ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca, & animã faciat homicidam. Sic enim legitis, qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Quicunq; conuitio, vel maledicto, vel etiam criminis obiectu aliquem læſerit, meminerit ſatisfacere quanto citius quod fecit, & ille qui læſus eſt, ſine diſceptatione dimittere. Si autem inuicem ſe læſerint, inuicem ſibi debita relaxare debebunt propter orationes veſtras, quas vtiq; quantò crebriores habetis, tantò ſanctiores habere debetis. Melior eſt autem qui quamuis ira ſæpè tentetur, tamen impetrare feſtinat, vt ſibi dimittat, cui ſe feciſſe agnoſcit iniuriam, quam qui tardius iraſcitur, & ad veniam petendam tardius inclinatur.

Qui autem numquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, ſine cauſa eſt in Monaſterio, etiam ſi inde non proijciatur. Proindè vobis à verbis durioribus parcite. Quæ ſi emiſſa fuerint ex ore veſtro, non pigeat ex ipſo ore proferre medicamenta, vndè facta ſunt vulnera.

Quandò autem neceſſitas diſciplinæ in moribus coercendis dicere vos dura verba compellit, ſi etiam ipſi modum vos exceſſiſſe ſentitis, non à vobis exigatur, vt à ſubditis veniam poſtuletis, ne apud eos, quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimium ſeruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda eſt venia ab omnium

domino, qui nouit etiam eos, quos plus iusto fortè corripitis, quanta beneuolentia dirigatis.

Præposito tanquam patri obediatur, multò magis Presbytero, qui omnium vestrum curam gerit. Vt ergo cūcta ista seruentur. Et si quid seruatum minus fuerit, non negligenter prætereatur, sed vt emendandum, corrigendumq; curetur. Ad Præpositum præcipuè pertinebit, vt ad presbyterū (cuius est apud vos maior auctoritas) referat quod modum, vel vires eius excedit.

Ipse verò qui vobis præest, non se existimet potestate dominante, sed charitate seruiente fælicem. Honore corā vobis Prælatus sit vobis, timore coram Deo substratus sit pedibus vestris: Circà omnes seipsum bonorum præbeat exemplum: corripiat inquietos: consoletur pusillanimes; suscipiat infirmos patiens sit ad omnes. Disciplinam libens habeat, metuēdus imponat. Et quamuis vtrūq; sit necessariū, tamen plus à vobis amari appetat, quā timeri, sēper cogitans Deo se pro vobis redditurū esse rationē. Vndè vos magis obediendo non solum vestri, sed ipsius etiā misereamini: Qui inter vos quanto in loco superiori, tāto in periculo maiori versatur. Donet Deus, vt obseruetis hæc omnia, tanquam spiritualis pulchritudinis amatores, & bono Christi odore de bona vestra conuersatione fragrantes, nō sicut serui sub lege, sed sicut liberi sub gratia constituti.

Vt autem vos in libello hoc, tanquàm in speculo possitis inspicere, ne per obliuionē aliquid negligatis, semel in septimana vobis legatur. Et vbi vos inueneritis ea, quæ scripta sunt facientes, agite gratias domino bonorum omnium largitori. Vbi autem sibi quicunque vestrum viderit aliquid deesse, doleat de præterito, caueat de futuro, Orās vt sibi dimittatur, & in tentationem non inducatur. Amē.

De

De ijs, quæ pertinent ad Dei cultum, & ad officia pietatis, ac primo de diuinorum mandatorum obseruantia. Cap. 1.

1 INter ea, quæ pertinent ad Dei cultum, & ad officia pietatis, primum locum iurè obtinet diuinorum mandatorum obseruantia, sinè qua ad vitam non patet ingressus. Sed non est quod de ea cum viris religiosis agatur multis; ex Christianis enim omnibus nemo est, cui planè non constet, quantoperè illa sit cordi habenda, à qua maximè pendet status gratiæ, & tota vita spiritualis.

2 Et quoniam tota lex, & Prophetæ, à sola caritate pendet, & legis plenitudo rectè dicitur esse ipsa dilectio, & qui Deum, & proximum diligit, legem impleuit, Deum in primis omnes amemus ex toto corde, totisq; viribus, & super omnia, tùm verò proximum, sicut nos ipsos ex Dei amore.

Quid cuique agendum sit manè cum surgit, & vesperè antè cubitum. Cap. 2.

1 CVret proindè vnusquisque diebus singulis, statim atq; à lecto surgit, in genua se se dimittere, seq; humilitèr sistere coràm Deo, per aliquod tempus gratijs actis pro noctis custodia, illius opem, & patrocinium obnixè petere pro tota die, suasq; omnes cogitationes, locutiones, & opera, ex animo illi offerre, vt omnes cedant in laudem, & gloriam nominis sui.

2 Vesperè autèm antè cubitum nullus omittat suæ cõscientiæ examinationem circiter per quadrantem, & gratijs iterum actis Domino Deo pro beneficijs ab illo acceptis, tàm generalibus, quàm particularibus, eiusq; auxilio

lio ſpecialitèr implorato pro recognoſcendis, ac deteſtandis ſuis defectibus, & peccatis, rationem ab anima ſua exactè petat in horas ſingulas, ex quo ſurrexit, & tàm Cogitationes, quam locutiones, & actiones benè expendat, in quo Deum offenderit; tùm verò veniam humilitèr poſcat de admiſſis, ac deprehenſis, & proponat pro die ſequenti, totaque vita emendationem, & ſuo tempore Confeſſionem, & pœnitentiam.

De oratione mentali, alijſuè precibus fundendis. *Cap. 3.*

1 PRætereà in omnibus noſtris Cõuentibus quotidiè poſt Completoriùm, aut poſt matutinum, quando hoc in Choro perſoluetur veſperè, & ante cubitũ, omnes Conuenient ad Orationem mentalem,eiq; vacabunt Circitèr per mediam horam, & Signo campanæ ad hanc vocantis audito,nullus non aderit niſi legitimè ſit impeditus, iudicio eiuſdem Superioris, ſiuè is ſit Sacerdos, Siuè Clericus, ſiuè etiam Laicus, & par erit, vt omnes prius ad illam ſe præparent lectione alicuius libri ſpiritualis, nè ſint quaſi homines Deum tentantes, & vt inſtructiones particulares à patribus antiquioribus, & peritioribus habeant.

2 Singulis itèm diebus poſt nonam omnes intererunt litanijs Sanctorum,& veſperè poſt orationem mentalem litanijs Beatiſs. Virginis;èæ què diebus Sabbathi etiam cantabuntur ea ſolemnitate, qua poterunt, pro loci, perſonarum opportunitate,& poſt illas etiam fiat aſperſio aquæ benedictæ, & pro defunctis recitabitur Pſalmus De profundis, & tres ſolitæ Orationes.

3 Officium paruum B. V. ijs diebus, quibus in Choro non dicitur, omnes dicent priuatim, ſicut, & quotidiè Coronam, aut tertiam partem Roſarij, & aliquas alias

præ-

præces deuotas, & Nouitij hæc recitabunt ſimul omnes in proprio Oratorio,eorumq; magiſter Curabit,vt ea non omittant.

De audiendo quotidiè Sacrum, ac de Sanctiſsima Communione. Cap. 4.

1 VNuſquiſq; Sacerdos quotidiè celebrabit, niſi aliquo legitimo impedimento detineatur, & ideò vnuſquiſq;ita viuere ſtudeat,vt meritò id quotidiè præſtare poſſit. Reliqui omnes, ſiue clerici, ſiue Laici Sacrum quotidiè audient,& primæ miſſæ, quæ erit Conuentualis, omnes intererunt, qui propter aliquod impedimentum non poterunt poſteà illam dicere, vel audire; & qui illam ammiſerit, iudicio Superioris punietur.

2 Curent omnes frequētèr orare pro vniuerſa Eccleſia, & præſertim pro ijs, qui ſunt maioris momenti ad eius bonum vniuerſale primo pro Summo Pontifice, ſec. pro Eminentiſs. Protectore, tunc pro Congregatione, & Generali, ac pro noſtris Benefactoribus.

3 Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramētum,qui Sacerdotes non ſunt, aut Miſſam non celebrant,omnes ſumant ad minimum octauo quoq; die, ideſt ſingulis diebus Dominicis, & præterea in ſolemnitatibus Chriſti Domini, & Beatæ Virginis, & in feſtis SS. Apoſtolorum, S. P. N. Hieronymi, S. Titularis illius Eccleſiæ, in qua degunt,& alijs ſolemnitatibus; & ideò Superiores in publico Refectorio pridiè iſtorum dierum Curabunt reuocari omnibus in memoriam, vt per Sacramentalem Confeſſionem, & alia pietatis officia benè ſe præparent,eamq; Confeſſionē debebunt ijs Confeſſarijs facere, qui fuerunt à Superioribus deputati iuxtà ordinationes, & decreta Apoſtolica: Idq; totū magis præcipuè præſtabunt Nouitij,prout ſpecialiter

pro-

pro ipsis ſtatuitur, iiſdem ordinationibus, & decretis Apoſtolicis.

De Officio, & Horis Canonicis in Choro perſoluendis. *Cap. 5.*

1 IN quoq; Conuentu noſtræ Congregationis quotidiè immolabitur Deo ſacrificium laudis, & fructus labiorum reddetur Domino, & ideò quotidiè in choro recitabitur totum diuinum officium, omneſq; horæ Canonicæ iuxtà ritum, ac formam Romani Breuiarij, & prætereà ſingulis diebus ferialibus etiàm dicitur officium paruum B. V. & officium defunctorum, ſeptem Pſalmi pœnitentiales, & Pſalmi graduales ijs diebus, eoq; ordine ſemper dicentur, quo præſcribuntur in dicto Breuiario, & in eius Rubricis.

2 Recitabunt autē matutinū, & laudes, cæteraſq; horas Canonicas temporibus debitis, & in Eccleſia conſuetas; & ad Primam in Choro ſemper legatur martirologium.

3 Ad Chorum pro diuino officio omnes conuenient, tàm Sacerdotes, quàm Clerici, & Nouitij, prout deſcribitur in ordinationibus, & decretis Apoſtolicis, & quando matutinum noctu dicitur, adeſſe debebunt etiam laici, qui tùnc perſoluere poterūt ſuas alias præces, ad quas tenentur loco officij, & omnes maturè conuenient, & ſemper cū habitu religioſo, & omnes aderunt antequàm inchoetur officium, & præſertim Clerici, qui libros ſunt paraturi, & cum ipſis Pater hebdomadarius; & omnes cum ſilentio factis inclinationibus, & reuerentijs, ac orationibus debitis, ad ſua loca ſe conferant, ibiq; erunt cum ea modeſtia, grauitate, & pietate, qua eſſe decet Dei ſeruos; dùm ſunt in Eccleſia: Deum laudent, neq; indè recedent, niſi præuia facultate, & benedictione Superioris.

4 Hac

4 Hac de Causa in vnoquoq; Conuentu vnus aliquis erit Magister Chori, qui Clericos doceat modum ordinandi diuinum officium, & cantandi saltem cantum Gregorianum, & prout opportet, & ijs omnibus præsit, quæ ad Chorum pertinent; eiq; omnes exactè obedient; & Curabunt quam maximè possunt inter se esse vniformes in omnibus; & quæ publicæ in Choro legere, aut Cantare debebunt, præcognoscant, prius in priuatis Cubiculis, ne, posteà errent, & si quem forte errare contigerit, suam culpam spontè fatebitur Coràm alijs, vel in Choro post absolutum officium, vel in Refectorio, quod etiam facient, qui fuerint negligentes in Conueniendo ad Chorum, & solum venerint post inchoatum officium, & potiori ratione etiam illi, qui sine legitima Causa à Superiore approbanda simpliciter non conuenerint, quibus etiam in Refectorio pæna aliqua per Superiores erit imponenda, iuxta ordinationes, & decreta Apostolica.

5 In omnibus Conuétibus Singulis diebus festiuis Cantandæ sunt Saltem Vesperæ, & vbi numerus Fratrum erit sufficiens, Cantabitur præterea etiam Tertia, Missa, & Completorium, & in diebus solemnibus publicè exponentur eorum nomina, qui in Ecclesia, vel in Choro erunt ministraturi; & in Matutino Cantabitur tertia lectio de homilia, & Hymnus. Te Deum laudamus, & Canticum Benedictus, & secundæ Vesperæ; & Missa cantabitur Cũ ministris ritè paratis, & in Vigilijs Natiuitatis Domini, & Annunciationis B. Virginis etiam cantabitur Martirologium

6 Quæ ad Chorum, & ad Ecclesiam pertinent omnia peragentur ritu Romano, ideò curabunt Priores cuiusq; Conuentus, vt in Choro nulli desiderentur ex libris necessaris, tam in Choro, quam in sacristia sit publicè expositum ordinarium diuini officij, & præterea sit appensa

etiam noſtrorum Sanctorum.

7 Siquis ex Fratribus, Conſtituti in Sacris, Conuincetur non recitaſſe diuinum officium, pro prima vice in publico Refectorio humi comedet feria 4. & 6. per menſem integrum in ſolo pane, & acqua, pro 2. vero duplicabitur illi hæc eadem pæna, & præterea, adiungetur etiam publica flagellatio, & pro 3. vltrà pænas iam dictas, & alias à Superioribus imponendas, priuatus erit ipſo facto in perpetuum voce actiua, & paſſiua, & erit ſemper inhabilis ad quemcumq; gradum, & dignitatem.

Ad quid teneantur Laici loco diuini officij. Cap. 6.

1 FRatres Laici, ad Chorum non deputati, pro diuino officio recitabunt hoc modo Orationes dominicas, & ſalutationes Angelicas; pro matutino recitabunt illas tricies, & pro ſingulis alijs horis recitabunt illas decies.

2 Siquis autem ex illis conuictus fuerit huiuſmodi præcationes eſſe ſolitus ommittere, ſimiliter punietur etiam ipſe proportionaliter iiſdem pænis pro 1. 2. & 3. vice, quibus alij.

De ſuffragijs pro Defunctis. Cap. 7.

1 QVando quis ex Fratribus moritur in noſtris Conuentibus antequã ſepulturæ tradatur, recitabitur pro eius anima ſimul ab omnibus totum officium defunctorum, & deinde cantabitur miſſa de Requiem, vel ſaltem dicetur ſine cantu; ſi forte alicubi cantari non poſſit, & præſcribatur aliquis alius miſſarum nume-

merus pro qualitate defuncti, & posteà iterum cantabitur, vel saltem dicetur alia missa de die septimo,
2 In aliis omnibus Conuentibus totius nostræ Congregationis statim atq; audita fuerit mors alicuius ex Fratribus, Cantabitur similiter pro eius anima, vel saltem dicetur vna Missa de Requie, & vnusquisque Sacerdos celebrabit pro illo quam primùm poterit vnam missam, aut saltem, si missarum onera id non patiantur, quod locali superiori relinqui debet, pro ea in suis sacrificijs, specialiter orabit, & vnusquisq; Clericus recitabit saltem semel totum officium mortuorum, & vnusquisq; Laicus saltem tèr Coronam B. Virginis.
3 Id vt fiat, statim atq; contingit mors alicuius ex Fratribus in aliquo Conuentu, Prior, aut Superior illius Conuentus opportunè monebit P.P. Visitatores, ijq; monebunt alios omnes Conuentus vtriusq. Prouinciæ, & Priores in vnoquoq; Conuentu publicè monebunt omnes suos subditos, & vnusquisq; memor Fraternæ charitatis, & pietatis ergà defunctos per sua suffragia, ex vera charitate, & citò facta, ijs curabit refrigerium dare, qui tàm ardenter illud expectant.
4 Pro anima Eminentiss. ac Reuerendiss. Protectoris totius ordinis præter missas solemnes, & priuatas, quæ in vno quoq; Conuentu, & ab vnoquoq; Sacerdote celebrabuntur vt supra, præscribent Superiòres certum alium missarum numerum per totam Congregationem; omnesq; memores immemorabilium beneficiorum, quæ vniuersi, & singuli ab illo accepimus, gloriæ immortalitatem vniuersi, & singuli illi præcabimur,
5 Prætereà in omnibus nostris Conuentibus prima feria Secunda Cuiusq; mensis, nō impedita festo nouem lectionum, vel die sequenti non impedita Cantabitur, vel saltem dicetur vna Missa de Requie, & vnum Responsorium

pro omnibus nostris defunctis propinquis benefactoribus & Protectoribus, & specialiter etiam pro ijs, qui dum viuerent habuerunt litteras nostræ filiationis, & Communicationis, vel participationis bonorum spiritualium nostræ Congregationis, eiq; missæ, & responsorio omnes intererunt, & eadem die omnes alij tàm Sacerdotes, quàm Clerici, & laici pro omnibus defunctis iam dictis deuotè orabunt in suis Sacrificijs, & orationibus.

6 Infrà Octauam deniq; Commemorationis omnium fidelium defunctorum singulis annis in vno quoq; Conuentu celebrabitur vnum Anniuersarium pro omnibus nostris defunctis iam dictis, & similiter omnes alij eadem die pro ipsis orabunt.

De Ieiunijs. *Cap. 8.*

1 PRæter Ieiunia, quæ de præcepto seruantur in tota Ecclesia, Curabit Superior in vnoquoq; Conuentu sub pæna priuationis officij seruari Ieiunia per totum aduentum, hoc est à Dominica prima aduentus vsque ad diem Natiuitatis, & prætereà singulis Sextis ferijs totius anni in memoriam passionis Christi Domini, & in omnibus vigilijs B. Virginis, & in Vigilia Sancti Patris nostri Hieronymi, & Sancti Augustinj, festi titularis suæ Ecclesiæ, neque in ijs ieiunijs dictus Superior dispensabit, nisi fortè in aliquo ex Ieiunijs feriæ festæ; idq; faciet solum rarissimè, & ex graui vrgentiq; ratione.

De Flagellationibus. *Cap. 9.*

1 COrporis flagellatio in vnoquoq; ex nostris Conuentibus per totam quadragesimam, & Aduentum ab omnibus fratribus simul qualibet feria 2. 4. & 6. etiam

etiam si his diebus occurrat festum de præcepto, fiat hoc modo. Post signum vespertinum Salutationis Angelicæ ad aliud Signum nostræ Campanulæ omnes Conuenient qui non fuerint legitimè impediti, ad certum locum ad id deputatum, & quando fuerint bene dispositi, hebdomadarius alta voce incipiat.

Seruite Domino in timore.

Et omnes respondebunt.

Et exultate ei cum tremore, apprehendite disciplinam, & simul incipientes se percutere, & flagellare super nudum vlterius prosequentur.

Ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta: Tùm verò hebdomadarius incipiat Psalmum Miserere, eumq; alternis versibus cum Gloria Patri; omnes absoluent, & deindè eodem modo dicent Psalmum De Profundis, & in fine Requiem eternam, & postea simul omnes dicent Salue Regina: & Clericus hebdomadarius in fine, ora pro nobis Sancta Dei genitrix, & omnes respondebunt, vt digni efficiamur promissionibus Christi, & Sacerdos subiunget has tres orationes: Concede misericors Deus &c. fidelium Deus omnium conditor &c. & Respice quæsumus Domine &c. iisq;finitis omnes dicent sub silentio Pater noster, & Aue Maria, & tandem Superior dabit signum discessus verbis illis: Benedictione perpetua benedicat nos Pater æternus, & omnes dicent Amen.

De Votorum obseruatione, & Primo de Voto paupertatis. Cap. 10.

1 DEbet vnisquisq; ex nostris semper mente recolere vota paupertatis, castitatis, ac obedientiæ, quæ in solemni professione emisit coram Deo, vt facilius ad ea

adim-

adimplenda excitetur animus. Et quidē paupertatis votum diligere omnes ex animo debent; Quippè paupertas eſt Religionis firmiſſimus murus, ac fundamentum; eamq; ſtudeant omnes quantum Dei auxilio fieri poterit in ſua puritate conſeruare.

2 Neq. pecunia, neque vlla alia re, vt propria vtantur, ſed quicquid habent Superioribus tradant, & nomine ac ad fauorem ſui conuentus inueſtiatur, & cum coeteris eius bonis, ſeù redditibus incorporetur, & confundatur, fructus autem, redditus ex inde prouenientes per Procuratorem ipſius conuentus exigantur, & in eiuſdem commune depoſitum deferantur: tùm de licentia Superioris, ac de manu Depoſitarij regularis ipſe quantum, & quatenus opus fuerit, & non amplius, recipiat, ac in ſuas dumtaxat religioſas neceſſitates applicet, applicatorumq; quoties ab eodem Superiore requiſitus fuerit, rationem reddat; reſiduum verò in Communes eiuſdem conuentus neceſſitates erogetur.

3 Victus, ac veſtitus ratio, nec non & cubiculi cuiuſq; Fratris ſuppellex talis ſit, vt a paupertate, quam profitemur minimè diſſentiat. In menſa peculiari cibo, aut potu nemo vtatur, ſed ſolum communi, & quod omnibus fratribus diſpenſatur, eo contentus ſit.

4 Illud deniquè intelligant omnes, ſe nihil ex ijs, quę in Monaſterio ſunt, aut apud ſe habent, etiam ſi propria induſtria acquiſiuerint, poſſe alijs dare, aut quouis modo alienarę, niſi in caſibus à iure, & Conſtitutionibus, ac decretis ſummorum Pontificum, & præſertim Sanctiſsimi D. N. Vrbani VIII. deſuper æditis, conſcio Superiore, qui etiam conſenſum præſtiterit.

De

De Voto Castitatis.
Cap. II.

1 DE his, quæ ad votum Castitatis pertinent, non est, quod cum viris Religiosis agatur multis, per se enim constat, quàm Excellens virtus sit, & quàm perfectè ab omnibus, qui in Christiana Religione ad statum perfectionis aspirant, excolenda sit, atque obseruanda, vt nimirum corporis, animiq; nostri munditia Angelicam puritatem imitari conemur.

2 Vt autem hoc tam excelso, ac pænè diuino bono fruamur, studeat quisque suorum sensuum portas summa vigilantia, oculorum præfertim, aurium, ac linguæ, ab omni inordinatione custodire; colloquia, & conuersationem foeminarum omninò fugiant cuncti, verba obscena, & turpia nec loquantur, nec audiant, his enim castitatis virtus facilè labefactatur.

3 Qui autèm deliquisse cõpertus fuerit iuxta culpæ qualitatem erit à Superiore puniendus, & ideò si cum mulieribus immodestè, & inordinatè inuentus fuerit, vndè mala suspicio oriri possit, prima vice vnam disciplinam in Capitulo recipiat, & per vnum diem in pane, & aqua ieiunet si in idem reincidat, in cella recludatur saltem per mensem, & qualibet die Veneris dicti mensis disciplinam in Capitulo recipiat, & in aqua, & pane ieiunet.

4 Lapsus in peccatum carnis cum mulieribus, si conuictus aut confessus fuerit prima vice per tres menses carceretur, & disciplinis, ieiunijs, & abstinentijs ad arbitrium Superioris puniatur, & per vnum annum voce actiua, & passiua loco, & officio careat. Quod si secunda vice reincidat, voce actiua, & passiua in officio per triennium priuetur, & quoad reliqua, pœna duplicetur. Et si denuò

reincidisse confessus, aut conuictus fuerit, per annum incarceretur, & disciplinis, & ieiunijs qualibet hebdomada dicti anni puniatur, & perpetuò voce actiua, & passiua loco, & officio priuetur, & Careat. Verum si crimen fuerit extraneis notorium, alijs pœnis secundum Superioris discretionem puniatur.

5 Et quia in huiusmodi peccatis rarò plena probatio haberi potest, Superior statim vt iudicauerit aliquem de mala familiaritate sufficienter suspectum, illius saluti cõsulens, deneget ei, quæ alijs Religiosis concedi solent, vt ordines suscipere, studere, in studio legere, predicare, confessiones audire, scribere, è Conuentu exire, & in alium Conuentum hunc sic suspectum trasferat.

6 Si quis nefandum crimen concubitus contra naturam comiserit, perpetuò carceri sit addictus, & voce actiua, & passiua, loco; & officio perpetuò sit priuatus, à carcere autem possit solum post decennium à Capitulo Generali liberari.

De Obedientia. Cap. 12.

1 VIro Religioso obedientia adeò necessaria est, vt sine ea nè nomen quidèm Religiosi haberi possit. Nempè ad perfectum statum Religionis planè necessariũ est, vt qui sub obedientia in Religione viuunt, perfectæ, atque exactæ obedientiæ omninò se tradant, in eaq; excellere, atque illam pænitùs, & ad vnguem obseruare toto conatu eniti debent.

2 Superiorem (quicunq; ille sit) loco Christi Domini Nostri agnoscant, & vero cordis affectu, ac interna animi reuerentia eum prosequantur. Quæ iubet, promptè, integrè, & cum debita humilitate, sine excusationibus, & obmurmurationibus adimplere, eiquè inomnibus parere studean.

deant. Ad Superioris vocem, perinde, ac si à Christo Domino Nostro vocaremur, quàm promptissimi simus; quæquè nobis ab eo iniuncta fuerint, quamuis difficilia, & secundum sensum repugnantia videantur, magna celeritate, ac spirituali gaudio obeamus, scientes quod, qui sub obedientia viuunt, se regi, ac duci à Diuina Prouidentia per Superiores suos sinere debent.

3 Pœnitentias quaslibet, vel ob aliquem defectum, & negligentiam, vel etiam ex sola obedientia à Superiore impositas quisque debet, non contradicendo, nec repugnãdo, magna cum humilitate adimplere. Iuuenes verò, ac fratres laici non modò Superiorem, verum etiam quemlibet Sacerdotem summo honore prosequi debent. Qui autem sanctæ obedientiæ quouis modo repugnare, siuè directè, siue indirectè ausus fuerit, grauissimis pœnis, etiam carceris formalis irremissibiliter affligatur.

De benedictione mensæ, lectione, ac gratiarum actione. Cap. 13.

1 PRæparata refectione, tàm manè, quàm vesperè, hora decenti pulsetur Refectorij campanula, qua audita omnes Fratres, nisi sint vrgenti causa impediti in Refectorio conueniant, ibiq; ordinatim dispositis fiat benedictio iuxta ritum Breuiarij Romani: Incipiente hebdomadario alta voce. Benedicite, alijsquè respondentibus, & prosequentibus, prout de more, & qui lecturus est primã lectionem, dicet. Iube domne benedicere. Qua Completa vnusquisq; Imagini in medio Refectorij collocatæ caput prius inclinet, tum Superiori, statimq; suo loco recumbat, nec ædat, aut ad æsum quicquam præparet, nisi dato à Superiore signo, & lectione inchoata. Inter comedendum perlegantur ab vno, vel pluribus saltem duæ le-

ctiones (nè, dùm caro reficitur, mens cibo destituatur suo.) quarum prior sit inuiolabilitèr Sacræ Scripturæ, cuius loco festiuis diebus, quibus prima lectio decantari solet, sermo, vel homilia, quæ in officio illius diei recitatur, inseruire poterit; posterior verò erit; aut de vita, & gestis sancti, de quo festum agitur, aut alicuius libri spiritualis.

2 In tota mensa, præsertim verò dum legitur, silentium à fratribus seruetur perpetuò, nec eorum quisquam quo quomodo strepere, aut susurrare audeat, sed ità modestè se gerere curet, qualem Religiosum decet. A mensa recedere nulli liceat, nisi præuia facultate, ac benedictione Superioris, qui præest, à quo, si loquendi detur facultas (quod non nisi rarò, & ex rationabili Causa fieri debet) colloqui ac discurrere poterunt, sed tum in verbis, tum in ratione, ac modo loquendi modestiæ meminerint.

3 Expleta mensa, ac dato à superiore signo, qui primam lectionem legit, alta voce proferat. Tu autem Domine miserere nobis. Illicò surgant omnes, respondendo Deo gratias, & ordine quo supra in benedictione, dispositi, agant Deo O.M. gratias, vt in Romano Breuiario præscribitur, quibus peractis, manè post prandium intonante hebdomadario Antiphonam. Si iniquitates, omnes ad Ecclesiam bini, & deuote procedentes se conferant, recitando Psalmum De profundis pro defunctis benefactoribus. In cuiùs fine eadem Antiphona repetitur, & ebdomadarius post solitas præces, & versiculos dicat orationem Deus veniæ largitor, & genuflexi eodem ordine fundant ad Deum præces pro superioris arbitrio, nec quisquam inde recedat, nisi dato à Superiore signo. Qui autem in aliquò ex prædictis deliquerit aut his omnibus ex negligentia non intererit, pro qualitate Culpæ à Superiore corrigatur.

4 Ijs verò diebus, quibus ieiunatur, vespere hora decenti pulsetur Refectorij cãpanula pro Signo ientaculi, & conue-

uenientes omnes, vt suprà, hebdomadarius dicto benedicitae, benedicendo dicat, Cœnulam Dei seruorum benedicat Christus Rex Angelorum ℟. Amen. recumbant vt supra. In fine dato à Superiore signo pro gratiarum actione, idem hebdomadarius dicat Adiutorium nostrum &c. prosequendo prout de more.

5 Post hæc autem tàm manè à prandio, quam vespere à Cœna in locum à Superiore designatum modestè se conferant, vbi vnius horæ spatio plus, minusuè Superioris arbitrio animi causa Commorari poterunt, quousque silentij campanula pulsetur. qua audita in proprium cubiculum quisque se retrahet, vt Orationi, aut studio, aut alteri negotio, prout vniuscuiusque munus exigit, diligenter incumbat.

De modo accusandi se, ac culpam dicendi.
Cap. 15.

1 QVi quauis de causa se se accusaturus est, & culpā dicturus in medio Refectorij genuflexus, initio mensæ publicè id præstare debet, Curet autem hunc mortificationis actum talibus externis Signis exercere, vt veram animi de Commissa, Culpa contritionem præseferat.

2 Voce alta quidem, vt ab omnibus audiri possit, suum defectum, erroremq; aperiat, sed modestè ac humilitèr, non se excusando, sed potius à Superiore, qui præest, pænitentiam, petendo, paratusq; sit, quamlibet pœnam ei imponendam prompto, libentiq; animo subire, & impositam hilari vultu sine vllà obmurmuratione Exequi studeat: cōtrafacienti pæna inflicta dupliciter, & seueriùs à Superiore puniatur.

1 STatutis horis, hac ratione ſilentium ab omnibus ſeruandum eſt: nemo, niſi obiter, & per paucis, vel de rebus neceſſarijs loqui debet, præſertim in choro, Eccleſia, & Refectorio, & ſiquid in huiuſmodi locis ex neceſſitate dicere occurrerit, breuiſſimè, & ſubmiſſa voce dicatur.

2 Præcipuè autem ſilentij horæ erunt manè vſque ad horas; à prandio poſt horam recreationis aſſignatam vſque ad veſperas, poſt completorium, vſq; ad cænam, poſt elapſam horam recreationis. Et generaliter cùm Superioris iuſſu ſilentij campanula pulſabitur.

3 Cœterum omnes demiſſa voce, vt Religioſos decet, loquantur, nec vllus cum alio pertinaciter contendat, ſed ſi interdum inter diſputandum, aut de quauis re diſcurrendum, inter ſe diſſenſerint, eiſq; inſit diuerſa ſententia, rationes hincinde non niſi modeſtè, amicè, & animo ſolum veritatis indagandæ afferantur, & in his doctiorem conſulere, aut Superiorem adire, erit valdè perutile. Inter chriſtianos Principes bella, contentioneſuè in colloquium inducere, quiſq; refugiat, nec diuerſas nationes diuerſo proſequatur affectu, nec in Cuiuſquam animo vlla ſit propenſio in alterutram partem factionis, quæ inter illos ſit, vt in nonnullis ſolet accidere, ſed de omnibus in Domino benè ſentiant, beneq; loquantur, ſi aliquando de ijs loqui ex aliqua conuenientia contigerit.

Nul-

Nullam esse debere inter fratres habitus varietatem, ac dissentionem. *Cap.* 16.

1 Habitus noster, nostrorumque fratrum esse debet secundum vsum nostræ Religionis quoad omnia & in omnibus vniformis, à seculariũ habitu omninò alienus, nec in se vllam admittere debet, siue in substantia, siue in qualitate, & forma varietatẽ ac dissentionem. Præcipimus igitur, vt omnium tunica, Capucium, Biretum, pallium, seù cappa, aliaquè externa indumenta, seruata forma, & vsu nostræ Congregationis, sint ex eadem materia lanea, fului, seù leonati coloris, itaut quantum fieri potest prædicta Fratrum indumenta neq; in substantia, neq; in qualitate, præsertim verò in colore, & forma vllo modo inter se disconueniant, sed omnes omninò eiusdem coloris appareant, forma autem habitus sit .vlt. Tunica sit longa vsq; ad talos, & palmos 20. circiter latitudinis à pede habeat: capucium ità formatum, vt caput commodè induere queat; & vsq: ad cintulam sit longum: manicæ verò ipsius tunicæ sint vnius circiter palmi latitudinis: cingula coriacea, & non aliter, singuli ferant.

2 Sub tunica vero nullus quouis genere indumenti vtatur, nisi laneum sit, vel lineum, vel pelliceum, coloris, aut albi, aut fului, seù leonati, aut nigri, aut alterius subobscuri, à nigro, & fuluo non multum dissimilis; quod idem seruari debet in tibialibus, & multo magis in manicis thoracis, quæ si commodè fieri potest, sint ex eadem materia, colore, ac qualitate, ex qua tunica constat, vel certè ab ea non multum dissimili, vt nimirum indumentum, seù habitus, qui perspicitur eiusdem coloris appareat, calcei verò non aperti sint, sed clausi, & nigri coloris.

3 Por-

3 Porrò in omnibus, & ſingulis noſtris ndumentis, & veſtibus prohibemus omnia, & quæcumq; ornamenta cuiuſcumq; generis ſint, & quouis nomine nuncunpetur; globuli verò; qui ſoli permittuntur prout de more, vel nigri, vel eiuſdem coloris ſint cum veſtibus. Curent igitur Superiores, æprſertim verò locales, vt quilibet ex noſtris fratribus cuiuſcumq; gradus, & conditionis exiſtat, in ſuo veſtitu omnia ornamenta, omneſq; ſuperfluitates, ac vanitates, vt noſtræ Congregationis paupertatis ſtatum decet, omninò, & pænitus reijciat. Tranſgreſſores pro qualitate culpæ grauiter puniantur, & Priores, qui vt ab eorum ſubditis hoc inuiolabiliter obſeruetur, curare neglexerint, Prioratus priuationem incurrant.

4 Fratres quicunque extra cellam, & per dormitoria, ſine habitu ſaltem imperfecto numquam incedant. In Eccleſia verò, choro, & Refectorio, alijſq; locis publicis Conuentus non niſi cum integro habitu exiſtant.

5 Extrà Conuentum, præſertim verò in ciuitatibus, Pallio, ſeù cappa inſuper vti debent, ſed non niſi ad modum, & conſuetudinem noſtræ Congregationis. Pallium vero ex panno, & vt vulgo dicitur (cum bauero) ſolùm in Cõuentu conceditur, at extrà, tantum ex vrgenti neceſſitate, & etiam iter agentibus, quibus, vt habitu quoq; breuiore vti poſſint, ſeruatis tamen quæ ſupra dicta ſunt, benignè indulgemus.

6 Deniquè Fratres laici, ſeù conuerſi veſtiendi in futurum eodem prorſus habitu, ſed vt à Clericis, & Sacerdotibus aliqua ratione in hoc diſtinguantur, tàm quoad tunicam (quam per palmum à planta pedis circiter diſtare volumus,) quam quoad Capucium, breuiore vti debent, ſcilicet quatuor digitis ſupra cintulam ſub graui pæna Superiorum arbitrio imponenda.

7 Quamuis autem perfecto ſtatui Religionis longè concie-

uenientius eſſet, vt quilibet noſter Conuentus ſuis fratribus omnia, quæ eis pro veſtitu neceſſaria ſunt, subminiſtraret, habita tamen ratione paupertatis noſtre Cógregationis, ordinamus, vt quilibet Conuentus, & prior localis eorum tot ſcuta monetæ pro veſtiario cuiuslibet fratris profeſſi vnoquoq; anno impendat, quot iuxta ſolitum vnius cuiusq; Prouinciæ impendi ſolent, dimidium prima Nouembris, reliquum in Paſchate Reſurrectionis; curent autem Patres Viſitatores, vt Priores ſuis fratribus, dictum veſtiarium ad vnguem tribuant.

De modo Cubandi, manendique in Cubiculo Cap. 17.

1 QViſquis ex noſtris in lecto cubet ſolus, nec vnquã, niſi ex vrgentiſſima Cauſa ſuperiori probanda, aſſociatus. lectus autem moderatus ſit, vt nihil eorum, quæ neceſſaria ſunt, deſit, nihilque ſuperflui contineat, ſicut Cubiculi cuiuſq; fratris ſupellex. Curet autem localis Superior, vt in quouis tam qnoad lectum, quam quoad alia omnia, quæ neceſſaria videbuntur, iuxta noſtræ Congregationis Conſuetudinem cuique ſubminiſtrentur.

2 Præterea videat vnuſquiſq; vt Cubiculum ſuum mundũ ſit, illudquè bis ſingulis hebdomadis, aut ſæpius, ſi opus fuerit, ſcopis verrat, in Cubiculo cuncta munda ſint, ordinatequè diſpoſita, vt Religioſum decet. Mundities enim cuiq; curæ eſſe debet, tum Circa ſeipſos, tum circa alia omnia; quippe ad valetudinem, & ad edificationem confert, cum interiorem animi puritatem præſeferat. Idcirco Superior fratrum cubicula cum ſenioribus interdum viſitabit, videatq; nequis arma, libros, aut picturas laſciuas, aut quicquam aliud Religioſis Viris minimè conſonum

apud.

apud se habeat, & contra eos, qui arma in cellis retinent, pœnas appositas in Clem. Ne in agro de statu Monacorum, innouamus.

3 In cubiculum alterius nemo ingredi audeat, nisi ex generali aut speciali superioris localis facultate, qui in hac re (matura consideratione præmissa) prout ei expedire videbitur, vel quoad omnes, vel quoad aliquos, præsertim Iuuenes, aut concedet, aut negabit; illud autem inuiolabiliter seruetur, vt ingressurus alterius Cubiculum, in quo sit aliquis, non prius ingredi præsumat, quam post pulsum audiat, ingredere, & quamdiù vnà intùs fuerint, tamdiù Ianua aperta sit, nisi fortè à Superiore specialiter (habita ratione temporis loci, & præsertim personarum) aliter disponatur.

Egressurus è Monasterio, & in Conuersatione presertim cum externis qua ratione se gerere debeat.
Cap. 18.

1 FRatres à Monasterio egressuri (quod raro esse debet, & ad summum bis in hebdomada, nisi fortè necessitas vrgeat) Primum facultatem exeundi à Superiore hemilitèr petant, tum illa obtenta, ante illum genuflexi benedictionem, & Superior singulis socium, non petentis rogatu. Sed pro sua voluntate destinare, & assignare debet, & neminem solum à monasterio exire permittat. At Iuuenes clericos, rarius, & non nisi cum Sacerdote associatos egredi concedat. Cum quis in Monasterium reuei titur, iterum Superiorem adeat, benedictionem ab eo recepturus, cui etiam sui itineris rationem, & quid egerit, si inquirat, aperiat, necesse est; in transgressorem grauis pœna à superiore illius arbitrio infligenda erit, cui etiam à for-

à fortiori ſubiacere intendimus, qui nec oculis demiſſis, cum modeſtia, ac humilitate Religioſa, cum maturitate, grauitateq; coniuncta per Ciuitatem, aut alia loca incedit.

2 Perſimili ratione omnibus, & ſingulis noſtris Fratribus ſub ijſdem pænis præcipitur, ne extrà monaſterium ſine graui, vrgentique cauſa, præcipuè in domibus ſæcularium, comedere præſumant, niſi expræſſe à Superiore illis fuerit conceſſum, qui tamen in eo concedendo cautior eſſe debet.

3 Conſortium ſæcularium, tàm in Conuentu, quam extra, præſertim verò Fœminarum, quantum fieri poterit, deuitandum eſt, nec quiſquam audeat ſub quouis prætextu mulieres, vel in Eccleſia, vel in Clauſtro, vel in alijs cõtiguis locis alloqui, cum eiſque tractare ſine Superioris expreſſa licentia; extrà Eccleſiam verò, ſeù Conuentum non niſi præſente Socio, vel in loco quo Conſpici poſſit; excipiendi tamen ſunt Confeſſarij, & Sacriſtę, quibus ob animarum ſalutem, & Eccleſiæ vtilitatem id permittitur, ſtudeat verò vnusquiſq; vt quando ei cum ſæcularibus agendum eſt, modeſtè, ac religioſè in omnibus ità ſe gerat, eiuſq; geſtus, ac motus vbique, & ſemper tales ſint, qui apud omnes ædificationem pariant, vt omnibus verbo, & exemplo prodeſſe poſſit.

De conſcribendis, accipiendisq; literis, ac de querelis, & proceſſibus fabricandis.
Cap. 19.

1 NVlli ex noſtris fratribus liceat literas conſcribere, aut conſcriptas ad alios mittere, aut eaſdem ab alijs recipere, aut receptas legere, abſque ſui Superioris

consensu, quem tamen facilè superior, præsertim verò Sacerdotibus præstabit, & non nisi ex graui, vrgentiq; causa negabit. Idcircò curabit localis Superior vt conuentus Procurator, aut alius ab eo designandus, omnes literas à fratribus suæ familiæ conscriptas ad Tabellarium deferat, ab eoq; ad eosdem ab alijs missas, recipiat.

2 Si verò aliquem ad Superiores maiores, aut ad Capitula literas mittere, aut ab ijsdem recipere contigerit, is à locali Superiore impediri nequaquam poterit. Illud autem vnum Commonere debet suos subditos Superior, ne quis eorum, quæ in proprio Conuentu, & inter Claustra secretò fiunt, per literas, aut alio modo externis, præcipuè sæcularibus audeat reuelare.

3 Nullus prætereà adeo temerarius existat, vt aliorum literas, & præcipuè superiorum quorumcumq; seù officialium nostræ Congregationis aperire, occultare, scindere, aut quouis modo, & sub quouis prætextu manum, seu scripturam, aut Sigillum falsificare præsumat. Et qui aliquid ex his commiserit, præter alias pœnas Superiorum arbitrio infligendas, priuationem vtriusque vocis per triennium incurret; & per annum cæteris omnibus sui ordinis, hoc est si sacerdos sit Sacerdotibus, si Clericus Clericis, & si laicus laicis inferior existet. Liceat tamen Superiori etiam loculi suorum subditorum literas pro sua voluntate aperire.

4 Porrò si quis literas obscenas ingnominiosas aut sine nomine, aut quo quo modo alterius famam lædentes præscripsisse, aut ad id auxilium, consilium aut fauorem præstasse, vel in Iudicio aliquem falsò accusasse, vel deniquè aduersus aliquam personam sinè Superioris facultate Processum fabricasse conuincatur, in pœnas pauloante dictas, & etiam Superiorum arbitrio, & ex Canonum Statutis grauiores se incurrisse nouerit.

De

De Vagis, seu Vagantibus, & Apostatis.
Cap. 20.

1 VT nostris fratribus, tam in Religione, quam extrà omnis tollatur occasio vagandi præcipimus, vt nullus ex vno in alium Conuentum quantumuis proximũ proficiscatur, sine sui Superioris facultate, & si sit subditus, Monasterium extra Diocesim adire non poterit, nisi à Superioribus maioribus facultatem in scriptis obtinuerit, & qui aliter facere præsumpserit, in pœnas Superiorum arbitrio incidet. Priores verò qui eos receperint, nec statim expulserint, aut in Carcerem coniecerint, ab ijsdem Superioribus corrigantur.

2 At verò si aliquis ex nostris fratribus à loco in quò a Superioribus de familia collocatus fuit, absque illorum licentia discedens, aut per varios Conuentus nostræ Congregationis, aut per alia loca extra Congregationem diuagetur, seuerius, eorum tamen arbitrio corrigatur. Quod si infra octo dies circiter ad suum Conuentum non redierit, ieiunio in solo pane, & aqua publicè in Refectorio qualibet quarta, & sexta feria per mensem integrum puniatur. Eritq; subditus, & inferior cunctis fratribus sui ordinis per sex menses; si iterum in idem reincidat, ei eadem pœna duplicetur, addita etiam flagellatione publica super nudum ad Superioris beneplacitum. Et si iterum tertio in idem incurrerit, iterum duplicetur pœna, & prætereà actiua, & passiua voce per triennium priuetur: & si incorrigibilis esse dignoscatur, coniectus in carcerem ieiunijs in solo pane, & aqua, alijsue pœnis affligatur, ac maceretur, aut habitu nostro spoliatus à Cõgregatione propulsetur, seruatis tamen seruandis iuxta decretum Sacræ Congregationis Concilij Tridentini, Sanctissimi D.N. VRBANI

Papæ Octaui iussu editum 21. Septembris, M.DC. XXIV.

3 Romam petere sine Eminentiss. Protectoris, aut Generalis, seu Prouincialis, ex Causa communi totius Prouinciæ facultate nullli liceat, qui contrafecerit actiua, & passiua voce, biennio priuatus existat ad præscriptum Decretor. Clem. 8. neque locali Priori aut Superiori à Conuentu, cui præest abesse conceditur nisi ex aliqua vrgenti, & necessaria Causa à Superioribus Saltem post factum approbanda, & contrauenientes grauiter arbitrio eorundem Superior. puniantur.

4 Quisquis à nostra Congregatione apostatauerit, vltra prædictas pœnas erit ipso facto excommunicatus, & si pænitentia ductus redierit, nequaquam poterit recipi, nisi quæ sequuntur, omninò seruentur. Si Apostata, intra mensem redierit à Prouinciali suæ Prouinciæ, seu à Priore, cui Prouincialis id specialiter commiserit, poterit recipi, cum pœnis tamen pro vagis supra assignatis, alijsq; Prcuincialis arbitrio. Si verò non redierit nisi elapso notabiliter mense à solo Generali, eiusque Vicario, aut à PP. Visitatoribus in actu visitationis, cum pœnis tamen vt supra poterit resumi. At si in sua Apostasia tres circiter annos expleuerit, solum Generale Capitulum poterit de eo disponere, & ad habitum recipere, cum pœnis tamen vt infra .vlt. vt per integrum mensem in publico Refectorio dicendo culpam, super nudum flagelletur, recitando Psalmum Miserere mei, &c. & per sex menses qualibet feria 6. humi comedet in pane, & aqua, eritq; toto illo tempore inferior cunctis Fratribus sui gradus; & tempus Apostasiæ nullatenùs ei, quoad habitus antiquitatem, Computetur. Pro secunda vice si iterum apostatauerit, tota hæc poena illi duplicabitur, & pro tertia vltra prædictas pœnas in formalem carcerem per tres annos conijciatur, & voce actiua, & passiua perpetuò priuetur, & si incorrigibilis di-

gno-

gnoſcatur, expellatur, vt ſupra ſeruata forma Decretorum Sanctiſſimi D. N. de Apoſtatis, & eiectis.

De excipiendis hoſpitibus, ac Peregrinis. *Cap. 21.*

1 VT fratres hoſpites, ſeù Peregrini, quos varias ob cauſas de vno Conuentu, ad alium traſmigrare ſepè contingit benignè, & cum charitate excipiantur, omnibus, & ſingulis Prioribus, ſeù Superioribus localibus noſtrorum Conuentuum ordinamus, ac expreſſè præcipimus, vt pro huiuſmodi hoſpitibus in quolibet Conuentu vnum hoſpitium, ſeù plura prout opportere cognouerint, conſtituant, ac deputent cum omnibus requiſitis, ac neceſſarijs ad huiuſmodi hoſpites recipiendos.

2 Ad hoſpitij Curam eligat Superior vnum aliquem, vel plures, humilem, & charitate plenum, cui totam ſupellectilem hoſpitij per inuentarium tradat, quam ipſe hoſpitij cuſtos diligenter ſeruare debet, vt deindè à Superiore requiſitus, poſſit de omnibus rebus ſibi traditis rationem reddere: Inſuper prædictus cuſtos diligēter animaduertat, nè aliquid eorum, quæ hoſpitibus inſeruire debent, ex hoſpitio extrahatur, aut in alium vſum, quam ipſorum hoſpitum conuertatur. In quo Superiores maximè inuigilare debent: Hoſpitij cuſtodis prætereà munus erit hoſpites benignè excipere, & ijs diligenter, & maxima charitate cuncta neceſſaria ſubminiſtrare.

3 In ijs verò locis, in quibus noſtræ congregationis extant Monaſteria, nulli ex noſtris fratribus, etiam aduenis extra illa degere, & pernoctare liceat, neque in domo propinquorum, & tranſgreſſor Superioris arbitrio punietur.

4 Poſtremò cauere debent noſtrorum locorum Superio-

rio-

riores ne viri facinorosi, fugitiui, & contumaces in eis vlla ratione recipiantur, nisi fortè euidens mortis periculum immineret, aut alia necessitas vrgeret.

De locis ad literarum studia designatis. Cap. 22.

1 VT ignorantia, quæ vitiorum parens est, & radix; à nostra Congregatione, eiusq; Alumnis quantum fieri potest arceatur, ac propulsetur, eiusdem Superioribus districtè præcipimus, vt in vtraq; Prouincia Iuuenibus ità addiscendi comoditatem impartiantur, vt ijs vniuersa, quæ ad literarum studia necessaria sunt per ipsos subministrentur. Volumus igitur vt in quouis Monasterio, vbi Nouitiatus existit pro Nouitijs, cæterisq; Adolescentibus humanitatis, Rethoricæq; Præceptor Constituatur, vt his facultatibus benè instructi ad altiora studia se disponant ac præparent.

2 Statuimus, vt pro Prouincia Anconitana, in Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum Neapolis vnus, vel duo lectores Philosophiæ pro Studentium opportunitate deputentur, & Romæ in monasterio Sancti Honuphrij vnus, vel duo lectores Sacræ Theologiæ, quorum alter manè, alter verò vespere legat, pro Prouincia verò Taruisina Venetijs in Cōuentu Sācti Sebastiani vnus, vel duo lectores Philosophiæ, & Patauij in Conuentu Sanctæ Mariæ Magdalenæ saltem vnus lector Sacræ Theologiæ. Præter hæc autē loca designata si in aliquibus alijs nostræ Cōgregationis Cōuētibus Logicæ, & Philosophiæ lectores cōstituere, aut pro nostris Iuuenibus, qui ibi adessent, aut etiam pro publica aliorum, & præcipuè benefactorum commoditate expedire videretur, vt Capitulum Generale, aut Generalis ipse, eiusuè Vicarius prouidere valeat, vltrò concedimus.

3 Si quemquam ex noſtris ſtudentibus ſtudendi cauſa ab vna Prouincia ad aliam traſmitti contigerit, non niſi per generale capitulum, aut per ipſum Generalem id fieri poterit, ſubminiſtratis tamen à propria Prouincia Monaſterio alterius, cui aſſignatur, omnibus pro eius victu, & veſtitu expenſis.

4 Ad logicæ, & Philoſophiæ ſtudia nullus omninò promoueatur, qui in humanis literis non fuerit optimè verſatus, ac præuio diligenti, & rigoroſo examine idoneus repertus. In fine quoque cuiuſlibet anni ſtudij fieri debet de vnoquoque ſtudente rigoroſum examen, quem in eo profeciſſe viderint, ſtudia proſequi permittant, quem verò ad Studia inhabilem, ac omninò ineptum repererint, à ſtudio remoueant, alijſquè rebus applicent. Id quæ multò magis in fine Curſus Philoſofici ſeruetur, ne ad Sacræ Theologiæ ſtudia promoueantur inhabiles.

5 Denique nullus notabiliter diſcolus, vitioſus, aut inhoneſtæ conuerſationis ſuſpectus ad ſtudia admittatur, & ſi fuerit admiſſus, remoueatur, (niſi fortè P. Generalis cum eo ob ſpem futuræ emendationis benignè cum voto Prouincialis diſponere dignetur,) ſed ij ſolum ad ſtudia applicentur, aut ea proſequi permittantur, qui fuerint humiles, dociles, ac timoratæ conſcientiæ,

De Philoſophiæ, ac ſcolaſticæ, Theologiæ, Lectoribus. Cap. 23.

1 LEctores Philoſophiæ, & Sacræ Theologiæ, & multo magis eorum diſcipuli, locali Superiori in omnibus ſubiaceant, eiq; vt alij fratres; parere debent, quippè ſtudia regulari obſeruãtiæ noſtri inſtituti, ad eamq; conſeruandam, & augendam, non contrà inſeruire debent.

bent. Ideoq; à choro ijs tantum diebus, quibus eos legere contigerit, immunes erunt.

2 Studia noſtra, tùm Philoſophica, tùm Theologica poſt Paſca Reſurrectionis ſument exordium, & lectores ab eo tẽpore vſque ad finem perlegent quotidie duas lectiones, præterquam diebus feſtis, & vacationis. Dies autem vacationis hi erunt, dies Iouis, aut alius Præfecti iudicio in qualibet hebdomada. Item à feſto Aſſumptionis B. Virginis, vſq; ad feſtum Sancti Patris Noſtri Hieronymi, & à Vigilia Natiuitatis Domini vſq; ad primam Ianuarij, à Dominica ſexageſimæ, ad Cineres, & à feria quarta Hebdomadæ Sãctæ ad Paſcha Reſurrectionis.

3 Lectores Philoſophiæ trium annorum ſpatio curſum Philoſophicum abſoluere debent, ſic etiam Lectores Theologiæ ſequendo methodum Angelici Doctoris, ita vt alter lector, ſi duo ſint, primam, & ſecundam partem, alter verò tertiã, triũ annorũ ſpatio, abſoluat, & qui ex illis vno triennio primam, & ſecundã partem legerit, ſequenti tertiam perlegat, & è contra; vterque quolibet anno materias à ſtũdiorum præfecto determinatas percurret.

4 Curabunt præterea lectores, vt eorum diſcipuli quotidianis repetitionibus, concluſionibus, tùm priuatis, tùm publicis, aliiſquè ſcholaſticis congreſſibus, prout ipſis, & ſtudiorum Præfecto expedire videbitur, ſe exerceant.

5 Lectorum electio, ſeù creatio à ſolo Capitulo Generali fieri debet, quod ſi eam extra Capitulum fieri contigerit, non niſi à P. Generali, vel eius Vicario fieri poterit, quod idem ſeruabitur de electione Præfecti ſtudiorum; Volumus autem vt ſingulis annis lectoribus Philoſophiæ in locis ſupra deſignatis viginti ſcuta, & lectoribus Theologiæ vigintiquinque pro libris emendis ſoluantur,

De

De Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ discipulis. Cap. XXIIII.

1 OMnes studentes siuè Philosophiæ, siuè Theologiæ non modò, quotidie singulis lectionibus interesse debent, verum etiam repetitiones, conclusiones, Academias, & quodlibet scholasticum exercitium frequentare, in eisq; omni studio se exercere; & nullus omnino ab ijs, & à quouis illorum se immunem facere audeat, nisi fortè graui, vrgentiq; ratione. Qui aliquid horum omiserit pro prima vice publicè in Refectorio suam culpam dicendo humi comedet, Pro secunda verò eadem pœna illi duplicabitur, & pro tertia panem, & aquam in publico Refectorio humi Comedat. Quod si vlterius in eumdem errorem incidat, & esse contumax dignoscatur, flagellationis, vel carceris pœna arbitrio Superioris puniatur, & tandem etiam studio priuetur.

2 Qui verò in alium grauem errorem quoad mores inciderit, pro Criminis qualitate puniatur, sed si bis vel ter admonitus incorrigibilis repertus fuerit, vltra alias pœnas, erit quoque è Studio expellendus.

De studiorum Præfecto. Cap. 25.

1 VT, quæ de studio à nobis determinata sunt executioni ab omnibus mandentur, præcipimus, vt in quolibet studio, vel saltem in vnaquaque Prouincia Præfectus studiorum eligatur, ac deputetur, qui sit vir doctus, & discretus, ac prudens, cuius munus erit, totius studij curam gerere, horam legendi, disputandi, ac alia, quæ ad Studium spectant, peragendi determinare. Nec non etiam inuigilare, vt lectores suo muneri satisfaciant, & ne studen-

tes tempus conterant,& quæ pro studio determinata sunt, inuiolabilitèr obseruentur. In omnibus tamen semper localem Superiorem consulat pro bono pacis.

2 Poterit etiam studiorum Præfectus, quando opus fuerit vni, vel pluribus suas vices committere, vt semper vel ipse, vel alius eius loco studio in locis assignatis assistere possit.

De lectione Moralis Theologiæ.
Cap. XXVI.

1 IN quolibet Conuentu, præsertim verò in celebrioribus, ac etiam vbi Iuuenes ad altiora studia inhabiles degunt, deputetur aliquis idoneus, electione Prioris localis, qui saltem semel in hebdomada moralem Theologiam, seù casus conscientiæ publicè legat, cui lectioni, omnes fratres, nemine pænitus excepto, intersint. Prior autem, qui hoc obseruare neglexerit, statim officio priuetur.

De promouendis ad Ordines.
Cap. 27

1 NVllus in nostra Congregatione ad ordines, etiam minores promoueatur, nisi sit in ea professus. Ad Sacros verò nisi in eadē saltem tres annos permanserit, super quod tempus solus Generalis dispensare poterit.

2 Præterea, nemo etiam ad quemuis ordinem suscipiendum admittatur, nisi prius per Monasterij Fratres, vbi degit, quoad mores habilis censeatur, per Vota Secreta: posteà à tribus Examinatoribus in Capitulo Generali eligen. si præsentes fuerint, sin minus ab vno ex ipsis examinatoribus, & alijs duobus in locum absentium à Generali, vel Prouinciali ad hunc effectum deputandis, præuio diligenti

exa-

examine per secreta suffragia idoneus approbetur, à quo etiam suæ sufficientiæ fidem habeat, vt Superiori, à quo facultatem, & literas dimissoriales habere debet, eam ostendat. Sinè quibus literis, qui ordinem suscipere præsumpserit, præter ab ordine suscepto, suspensionem, quam ipso facto inccurret, voce actiua, & passiua per quinquennium priuabitur, eritq; eo tempore cunctis Fratribus sui gradus inferior, quam pœnam quoad priuationem incurret quoque qui huiusmodi licentiam ad ordines absque facultate alicui tribueret.

3 Porrò facultatem concedendi dimissorias Regularibus suis subditis, tàm ad primam tonsuram, quàm ad Minores & Sacros ordines Generalis in tota Congregatione habebit, Prouincialis in sua Prouincia tantùm.

4 Ad eosdem etiam spectabit nostris fratribus concedere, vt pro Secularium Confessionibus audiendis coram locorum Ordinarijs se præsentent, quæ tamen licentia nunquam ab ijs concedenda est, nisi habita fide sufficientiæ ab examinatoribus, vt suprà. Si autem quis sinè Superioris facultate Ordinario loci se præsentare auderet, esset grauissimè puniendus, & à confessionibus audiendis omninò suspendendus.

5 Deniquè facultatem concionandi, aut aliquam scientiam publicè profitendi extrà Generale capitulum, solus Generalis, aut eius Vicarius concedere poterit, prœuio tamèn rigoroso examine, vt supra mandauimus, nisi fortè eorum sufficientia esset illis aliundè euindentèr nota.

Qua ratione Infirmis seruiendum sit. Cap. 28.

1 CVm veri Religiosi munus sit, proximi necessitatibus consulere, idcircò vnusquisq; nostrum, vt quantum poterit infirmis fratribus nostræ Congregationis tàm in Corporalibus, quam in Spiritualibus subueniat, ac opem ferat, omni studio curare debebit, cuilibet ergò Priori, seu Superiori locali expræssè præcipimus, vt omnibus, & singulis suæ familiæ, & Conuentus, quam alterius ægrotis cuncta necessaria subministrari, & omnia medicamenta, que eorum infirmitatibus Medicorum iudicio opportuna videbuntur, adhiberi, studeant.

2 Hac de causa vir erit à Superiore prædicto eligendus, ac infirmorum Curæ deputandus, qui discretus sit, maximæq; charitatis, cui etiam socium, si opus fuerit, assignabit. Cuius partes erunt, infirmis assistere, Medicum vocare, eisq; cibos, ac vniuersa, quæ à Medico ordinata sunt, prouidere; Videat autem, nè in his ipsius ægroti cupiditati indulgeat, cum persepè hi noxia appetere consuescant, sed solum Medicorum consilio insistat, neq; vlli expensæ parcat. Verùm si alienæ familiæ, & alterius Conuentus frater infirmus diuturna valetudine languesceret, & dispendium pro eo impensum esset magni momenti, eius Prior omnes expensas, totumq; damnum illi Monasterio ab ægroto illatum resarcire teneatur.

3 Debebit etiam Prior, & successiuè alij quoque fratres, sæpè ægrotum visitare, eumque Colloquijs Spiritualibus quandoque consolari, & admonitus à Medicis de ægroti periculo, curet, vt status, in quo positus est ei innotescat, vt ad vicinam mortem, vt verus Christi seruus, se disponendo, propriæ saluti consulat, & ad meliorem vitam sibi

adi-

aditum patefaciat. Inuigilet prætereà ſuperior, vt cuilibet infirmo Eccleſiæ Sacramenta ſuo loco, & tempore, prout eius ſtatus exigit, conferantur, & in articulo mortis poſito, ſemper adſit ſaltem vnus Sacerdos cum alijs, vt ſolitis præcibus, & Orationibus eius animam Deo comendent, ac extremè laboranti, ac ſummoperè indigenti præſtent auxilium, Vita verò functus frater ſecundum noſtræ congregationis Conſuetudinem lauetur, habitu noſtro induatur, & eo ad Eccleſiam delato, ſeruentur omnia, quæ in Rituali Pauli V. præcipiuntur, & quæ ſupra de ſuffragijs pro defunctis decreuimus.

Quid agendum erga Senes, & impotentes.
Cap. 29.

1 HOC idem pietatis officium, de quo paulò antè diximus, erit quoque erga ſenes debiles, ac malè affectos exercendum, ac præſtandum, ijs enim maximè indulgendum eſt; nec propterea qui robuſtiores ſunt, conqueri debent, ſed potius diuinæ bonitati gratias referre, quod eorum firma valetudo nihil exigat peculiare.

2 Patres verò Difinitores Generalis Capituli diligentèr aduertant, vt ſenes prædicti, ac impotentes in locis commodis collocentur, cum quibus locales Priores diſcreti eſſe debent, ſingulorum vires, ac merita ponderando; nequè enim hi, præſertim ſi annos quadraginta in Congregatione iugum portauerint, quotidianis laboribus, vt alij Iuuenes alligari debent.

De percussione, furto, alijsq; delictis. *Cap. 10.*

1 QVicumq; ex nostris fratribus in alterum verba iniuriosa, detractoria, turpia, & obscena inijciat, quæ sinè sui rubore audire non possint (quod Religiosum summoperè dedecet) tam grauis pœna à Superiore ei imponatur, vt delinquenti ad correctionem, & supplicium, alijs verò ad exemplum, inseruiat, præsertim si aduersus Superiores, vel Principes tàm Ecclesiasticos, quàm seculares obmurmurauerit.

2 At verò si ex verbis ad facta deueniatur, vt sequatur inter fratres aliqua percussio, iuxtà qualitatem percussionis delinquenti imponatur pœna. Et quia percussio esse potest leuis, grauis, & grauissima, si percussio leuis sit, percutiens humi comedet in solo pane, & aqua, ac loco carceris in cella detineatur, prout Superiori videbitur, percussus quoque, si occasionem dederit, non leuitèr puniatur. Si percussio sit grauis cum sanguinis effusione, Reus in formali Carcere ad Superioris beneplacitum detentus, vtraq; voce per annum priuetur, flagelleturq; publicè in Refectorio super nudum qualibet quarta, & sexta feria vnius mensis, ac ijsdem diebus in solo pane, & aqua comedet. In his autem casibus semper habenda est ratio Personæ offensæ, & offendentis, cum ex huius vilitate, & illius dignitate crescat offensa. Quare, si percussus fuerit Sacerdos, percutiens verò Clericus, vel laicus, delinquenti prædicta pæna erit à Superiore augenda. At, si percussus fuerit Superior, & in Congregatione Prælatus, Reus prætèr dictas pænas, actiua, & passiua voce perpetuò priuatus existat, nec vnquam dispensari posse intendimus, nisi in pleno Capitulo Generali, quibus etiam subiacere debent

com-

complices. Deniquè ſi percuſſio grauiſſima ſit, & enormis, vltrà prædictas pœnas ex Sac. Canonum, & legum præſcripto puniendum relinquimus, vt infrà n. 4.

3. Si aliquis fratrum ſiuè de rebus Monaſterij, ſiuè aliorum, notabile furtum commiſiſſe conuincatur, pro prima vice in Carcerem coniectus, totum ablatum reſtituere cogatur, & Prior exiſtens, Prioratus, nec non vocis actiuæ, & paſſiuæ perpetuam priuationem incurrat. Si verò non fuerit Prior, voce actiua, & paſſiua ad ſexennium priuetur, humiq; comedet publicè in Refectorio in ſolo pane, & aqua qualibet ſexta feria per integrum annum. Pro ſecunda verò vice ſi in idem recidat, prætèr prædictas pœnas perpetuò voce actiua, & paſſiua priuatus exiſtat, inhabiliſq; omninò ſit ad omnes dignitates, & officia Cõgregationis, ſiuè ſit Prior, ſiuè ſecùs. Eandem pœnam incurrant Priores, ſeù Superiores locorum, qui in eorum bonis admiſtrandis doloſè, & ſcientèr fraudem notabilem Commiſerint, Cum laicis verò hæc pœna in carceres, ieiunia, flagellationes, & ſimilia Superiorum arbitrio Commutetur. Quod ſi furtum de re leui ſit, Reus ab ipſo Superiore admonitus, Corrigatur.

4. Cœterum ſi aliquis ex noſtris fratribus, cuiuſcumq; gradus, & conditionis ſit, in alijs grauioribus, & enormibus Flagitijs implicatus Compertus fuerit, iuris ordine ſeruato iuxtà ſacrorum canonum diſpoſitionem puniatur.

De Ianitore eiuſque officio. Cap. 31.

1 IN quolibet noſtro Conuentu curet Prior, vt ad illius Ianuæ cuſtodiam, aliquis ex fratribus pro Ianitore conſtituatur, ac deputetur, qui ſit prudens, humilis, vitæq; exemplaris, nequis Monaſterium ingrediatur, ſi prius ab eo non fuerit introductus. Huius munus, erit quouis

tem-

tempore Conuentus Portas clausas tenere, ei Portæ communi assiduè, & diligentèr assistere, & petentibus, seù pulsantibus ità modestè, & humanitèr respondere, vt omnibus pro suis viribus satisfaciat, si aliquem ex fratribus vocare debet, diligentèr attendat, nè ex leui causa eum vocet, si in Choro, aut Refectorio existat, aut si à superiore occupatus in aliquo negocio detineatur. Secus verò, si vel ex graui, vrgentiq; causa, vel ad instantiam, alicuius Prælati, seù magni Viri esset vocandus.

2 In Monasterium neminem introducat, nisi de illius Superioris licentia; Curet etiam nè nostra Claustra ingrediantur mulieres, nisi in casibus à iure, & ex Constitutionibus, & concessionibus Apostolicis permissis.

De Sacrista eiusq; officio. Cap. 32.

1 VT in omnibus nostræ Congregationis Conuentibus res, & bona Ecclesiæ rectè administrentur, & diuinus cultus in Dei gloriam magis magisq; crescat, & augeatur, localis Superior ad Ecclesiam gubernandam, ac Custodiendam Virum eligat Sacerdotem, aut alium virtutibus ornatum, diligentem, vitæq; (si fieri potest) inculpabilis, eiq; totius Ecclesiæ, ac Sacristiæ, omniumq; ornamentorum Curam demandabit, & inuentarium diligentèr conficiatur.

2 Illud autem in primis summoperè curabit sacrista, vt Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, eo decore, ac reuerentia, qua decet, in Ecclesia asseruetur, vt ante illud lampades continuò colluceant, & octauo quoque die Sacratissimæ species renouentur.

3 Curabit prætereà, vt tota Ecclesia, eiusq; cappellæ diligentèr mundentur; res quæcunq; ad Ecclesiam spectãtes, suis locis reponantur, ac collocentur. Altaria sint be-

ne

nè diſpoſita, ac ornata, Nihil deſit eorum, quæ pro Dei cultu neceſſaria videbuntur, quantum per noſtræ Congregationis paupertatem licebit.

4 Illud quoque diligentiſſimè aduertet, vt ſacra quotidie in Eccleſia ordinatè peragantur, vt in rubricis Miſſalis Romani præſcribitur; vt inſupèr legata, & miſſarum onera, quæ in tabella deſcripta, ac adnotata perſpici debent, diligentiſſimè, ac exactè adimpleantur. Quod idem de miſſis quotidianis præſtare debet. De quo ſeruanda erit Bulla S. D. N. Vrbani Papæ Octaui de cælebratione Miſſarum. Et in hac re non modò locales Priores, verum etiam PP. Viſitatores diligentèr animaduertant, & quem Sacriſtam in his culpabilem repererint, pro qualitate culpæ irremiſſibiliter corrigant.

Qua ratione cuiuſq; Conuentus ſuppellex præcipuèq; libri cuſtodiendi ſint. Cap. 33.

1 TOta ſuppellex cuiuſq; Cōuentus, ac domus noſtræ Congregationis, cuiuſcùq; conditionis, ac qualitatis ſit, omni cura, omniq; ſtudio conſeruari, ac cuſtodiri debet, & hoc Priori locali maximæ curæ eſſe debet: primo igitur totam ſuppellectilem in loco, ſeù locis ad hunc effectum accomodatis, collocari curabit. Ad eius cuſtodiam perſonam deſignabit, cuius opera ità diligenter aſſeruetur, vt nec corrumpi, aut quoquo modo deuaſtari, nec vlla ratione alienari patiatur. Erit igitur cuſtodi tota ſuppellex per Inuentarium tradenda, ac aſſignanda, vt ſi ex ea aliquid deſit, teneatur de illo rationem reddere, & de eius negligentia poſſit iure puniri.

2 Nulli verò cuiuſq; qualitatis ſit, de prædicta ſuppellectili Conuentus, etiam ſi ſit eius cuſtos, ſinè localis Superioris licentia cuiuis extraneo commodare liceat, hac de

causa res quæcunque certo aliquo signo erunt adnotandæ, vt ad tale Monasterium spectare dignoscantur.
3 Quæ hactenus dicta sunt, maiori studio circa libros cuiuscunq; Conuentus obseruanda erunt. Eligatur ergo locus pro libris conseruandis valdè opportunus. In quo libri omnes, ac singuli ità ordinatè collocentur, ac disponantur, vt statim quilibet volenti occurrere possit. Bibliothecarius sit vir idoneus, qui libros omni cura custodiat, & ab eis puluerem sæpè excutiat. In Bibliotheca libros perlegere cuilibet concedatur, at ex ea librum quemcûq; extrahere sinè Superioris facultate, & inscio Bibliothecario nulli licebit, quæ tamen non nisi ex vrgenti ratione concedi debet. Porrò qui Superioris permissu è Bibliotheca librum aliquem extrahet, manu sua de eo notulam faciet custodi tradendam, qui eam vsq; ad libri reditum seruabit, proptereaq; existat in Bibliotheca omnium, ac singulorum librorum catalogus. Et hortantur Priores, præsertim domorum, in quibus extant studia ad libros tùm Philosophiæ, tùm Theologiæ, ac sacrarum literarum persæpè emendos, vt comodius studentes studijs vacare possint. Priores autem nè libri, aut alia Monasterij bona alienentur omninò prouideant, adhibitis etiam Censuris, si eis id expedire videbitur, quod si hæc, quæ diximus Priores obseruare neglexerint, à PP. Visitatoribus, sicut, & transgressores, vel ab ijsdem, vel ab ipso Priore grauissimis pœnis afficiantur.

Nul-

Nullum Priorem, aut Superiorem posse alienare, permutare, locare, aut fabricare absq; Capituli, aut PP. Visitatorum facultate.

Cap. 34.

1 VT nostrorum Conuentuum redditus, ac bona, rectè administrentur, & augeantur, statuimus, nullum Priorem, aut alium nostræ Congregationis quæuis bona stabilia ad eosdem Conuentus, seù Congregationem, quoquomodo spectantia vendere, alienare, permutare, supra triennium locare, aut oppignorare posse, nisi assensu Apostolico impetrato, ac seruata forma Decreti Sacræ Congreg. Concil. Trid. iussu S. D. N. Vrbani Papæ Octaui æditi sub die septima Septembris 1624. sub pœnis in eodem Decreto contentis. Si igitur aliquam ex prædictis rebus fieri contigerit, post discussionem factam in Capitulo locali, si alienatio approbabitur, erit plenè informandum Capitulum generale, aut PP. Visitatores, à quibus facultas, & licentia in scriptis obtineri debet, sinè qua si quis aliquam ex prædictis rebus tractandam proponeret, nulla ei fides habeatur; pecunia autem quæ inuestiri debet nullatenus à Priore, seù locali Superiore, aut quouis alio apud se quoquomodo detineri possit, sed statim penes Sacrum Montem Pietatis, vel Personam fide, & facultatibus idoneam deponatur, indè non amouenda, nisi ad effectum inuestiendi. Prior autem vel alius, qui absquè discussione Capituli localis, & licentia Capituli Generalis, aut Visitatorum, alienationes huiusmodi facere præsũpserit, vel pecuniã vt suprà nõ deposuerit, præter cõtractus nullitatẽ, vtraq; voce per trienniũ priuatus existat, & nummos indè receptos restituere à Superioribus cogatur,

2 Bona quoquè mobilia Monasterij nullatenus à Prioribus vendi poterunt, aut alienari absq; Capituli eiusdem Monasterij, aut PP. Visitatorum consensu, sicut etiam nec fruges vendere licebit absq; scientia, & consensu Vicarij, ac Tertij localis.

3 Præcipimus præterea Sacrorum Canonum, & Summorum Pontificum Constitutionibus inhærentes nullum Priorem, aut Superiorem posse cedere, aut cedere facere plantas, & arbores virentes, & fructiferas absq; prædictorum Patrum licentia in scriptis.

4 Nulli etiã ex localibus Superioribus, & Prioribus liceat ædificiũ, seù fabricã alicuius momẽti cõstruere, aut cõstructas demolire, nisi de Peritorũ cõsilio, & habita à Superioribus facultate. Delinquẽtibus in his grauis pæna Superiorum arbitrio imponenda erit, etiam priuationis officij.

Quomodo rationes accepti, & expensi cuiusq; Conuentus à Priore adnotari, & perscribi debeant.

Cap. 21.

1 PRior, seù Superior quicunq; localis vniuscuiusq; Conuentus maxima vti debet diligentia, vt adnotentur, & perscribantur sui Conuentus accepti, & expensi rationes, & computa, seruata forma decretorum fel: rec: Clemen. 8. ad regularium reformationem æditorum n. 12. primò igitur liber habeatur in quo accuratè, diligentèr, ac distinctè omnes redditus, omnésq; expensæ, siuè certæ sint, siuè incertæ, quæ in dies fiunt adnotari, & perscribi debeant, qui liber propterea vulgo (Giornale) dicitur. Præterea in alio adnotari debeant totum frumentum, aliæq; segetes, Vinum, & Oleum, quæ idem Conuentus annuatim habuerit, & ex aduerso in eodem libro horum om-

omnium Exitus, vt illorum tàm accepti, quam expensi rationes statim appareant.

2 Et vt vllam committendi fraudem omnis tollatur occasio, volumus, & præcipimus, vt Vicarius, & Tertius Monasterij rationes, & computa accepti, ex expensi in supradicto libro adnotata, quem sub prioratus ammissionis pœna singulis diebus Dominicis non impeditis, aliàs die sequenti, in Refectorio publicè perlegi, prout de more decernimus, altero quoque mense diligentèr perlegant, attentèquè considerent, & recta, ac iusta reperta manu propria subscribant; quod etiam obseruare debent de alio libello, in quo rationes accepti, & expensi, frumenti, vini, olei, aliorumq; segetum sunt adnotatæ; erit enim in quolibet Conuentu ab illius fratribus aliquis professus per vota secreta, prout de more eligendus, qui Tertius domus nuncupari solet; is igitur vnà cum Vicario quæ dicta sunt diligentèr præstabit. Insuper Patres Visitatores in actu Visitationis idem præstabunt, nimirum libros prædictos diligentèr perlegent, ac iustos repertos propria manu subscribent.

3 Teneantur prætereà omnes Priores, seù Superiores locales vniuscuiusq; Conuentus summam rationum, seù computorum in pagina, seù folio descriptam, & adnotatam manu propria Visitatorum subscriptam, ad Generale Capitulum deferre, & prætereà in alio, seù eodem folio, separatim tamen summam redditum, & expensarū, quæ post actum Visitationis fient à Vicario. & Tertio Conuentus subscriptam, vt huiusmodi summæ à Patribus Correctoribus in Generali Capitulo possint videri, & recognosci. Qui autem prædictas summas non deferret, ingressu Capituli Generalis, & voce actiua, & passiua esset omninò priuandus, sicut etiam in eandem pænam incurreret, si quis sinè vrgenti ratione solo animi impetu prædictos

dictos libros, aut folium Prioris nollet subscribere.

4. Præcipimus prætereà omnibus, & singulis Prioribus, seù Superioribus localibus nostrorū Cōuentuum, vt profecturi ad Generale Capitulum prædictos libros rationum accepti, & expensi omninò in eisdem Conuentibus relinquere, ac præsente Discreto, Vicario, aut alteri, qui Superior remaneat sub ijsdem pænis tradere teneantur, ac ad dictum Capitulum Generale fidem dictæ traditionis aut consignationis deferre volumus, aliàs à Capitulo expellantur.

5 Fiat quoquè in quolibet Conuentu nostræ Congrégationis in aliquo libro inuentarium manu Prioris, Vicarij, & tertij firmatum, & subscriptum totius suppellectilis, omniumq; bonorum mobilium ipsius Conuentus, & Ecclesiæ vbicunq; existentium, siuè in ipso Conuentu, & Ecclesia, siuè extrà in domibus, & locis, seù possessionibus ipsius, & quoquomodo ad ipsum Conuentum, & Ecclesiam pertinentium; quem inuentariorum librum volumus in quouis Monasterio perpetuò asseruari, in quo etiam Inuentario quolibet triennio debent diligenter adnotari, quæ desunt, & quæ adduntur, ac de nouo fiunt, cuius etiam copia ad Generale Capitulum deferenda erit.

6 Quid autem debeat Prior pro victu familiæ sui Conuentus in illo relinquere, & quam quantitatem vini, olei, frumenti, & similium, quiduè aliud ab eò præstandum sit, Capituli Generalis, seù Superiorum arbitrio definiendum relinquimus.

Cu-

Cuius qualitatis, & conditionis esse debeant nostræ Congregationis Superiores.
Cap. 36.

1 CVm certum sit perfectum Religionis statum in Superioribus, qui eam regunt maximè fundari, & ex ijs vberiores fructus, qui in animis Religiosorum redundare solent, magna ex parte dependere. Idcircò omnes in Domino hortamur, ac districtè præcipimus, vt pro Superioribus in nostra Congregatione eligantur Patres, qui non modo scientia, probitate, optimisq; qualitatibus præditi sint, verum etiam, qui morum integritate, & præsertim prudentia in rebus agendis maximè commendentur, talesq; sint, vt onus, ac labores, quos Superioritates secum deferunt, subire, ac sustinere, gregemq; sibi à Christo Domino commissum non modò verbis, verùm etiam exemplis depascere valeant.

2 Hæc maximè locum habere debent in Generalis electione, Cui totius Cōgregationis cura, & regimen incumbit. Quamobrem non eligatur ad Generalatus dignitatem, qui annos circitèr viginti quinque minimè interruptos in nostra Congregatione non permanserit, in eaq; saltē Prior localis non extiterit.

3 Prouincialis pro vnaquaq; Prouincia eligendus, prædictis qualitatibus, & conditionibus carere nequaquam debet; hic etiam in Congregatione saltem Prior extitisse, in eaq; per annos circitèr viginti non interruptos permansisse debet.

4 Priores verò, qui pro Monasteriorum cura deputandi sunt, eiusmodi integritatis sint necesse est; vt non solum nostri instituti Regulas, & Constitutiones obseruare

uare Consueuerint, sed etiam omni studio sint inuigilaturi, vt quæ in illis de Ieiunio, oratione, silentio, alijsquè spiritualibus exercitijs piè, & prudētèr sancita sūt, vniuersa ab eorum subditis, pro quibus sunt rationem reddituri, ad vnguem obseruētur. Non eligantur nisi Sacerdotes sint, & in Congregatione annos decem Circitèr continuatos permanserint. Quod idem obseruandum erit in electione Priorum titularium, aliorumq; Conuentuum Superiorum quouis nomine nuncupentur.

5 Electio quoquè Vicarij cuiusq; Conuentus diligentèr attendenda est, hi enim cum Priori ipsi locali veluti socij, & coadiutores in rebus monasterij administrandis, & præsertim in ijs, quæ ad Ecclesiæ, & chori seruitium spectant exequendis, dati sint, ea prudentia, ac vigilantia, eaq; morum integritate præditi sint, necessè est, vt in Prioris absentia eius munus adimplere, totiusq; Conuentus tùm in spiritualibus, tùm in temporalibus curam, & regimen gerere valeant. Sit igitur Vicarius, qui eligitur, Sacerdos, & saltem annos octo continuatos in Congregatione perstiterit. Porrò nullus in alicuius Conuentus Vicarium, seù alium officialem eligendus erit, qui eiusdem Conuentus Priori, aut Superiori aliquo Consanguinitatis gradu conuentus existat.

De Procuratore Generali.

Cap. 37.

1 CVm Procuratoris Generalis nostri Ordinis præcipuum munus sit in Romana Curia, ad omnes nostræ Congregationis causas peragendas, residere, easq; coràm quouis Iudice, magnisq; Principibus tàm Ecclesiasticis, quàm sæcularibus omni studio, & pro viribus tueri. Ad hoc munus, & dignitatem à Superioribus erit eligendus

dus Pater, qui summæ probitatis, ac integritatis, & aptitudinis sit, & cuius prudentia in rebus agendis maximè commendetur, fueritq; saltem in nostra Religione Prioratus dignitate perfunctus.

2 A PP. Definitoribus vtriusq; Prouinciæ Amplum Mandatum eorum manu firmatum, ac sigilli Religionis impressione munitum, nec non per publicum Notarium approbatum ei cōstituatur, & fiat, vt nimirum coràm quocunq; Iudice, & Tribunali iuridicè esse possit.

3 Præfatus Procurator Generalis in omnibus Capitulis siuè Generalibus, siuè Prouincialibus vtramq; vocem habebit: hunc si Roma discedere contigerit, volumus eum posse suo loco alium substituere, præcedente consensu Generalis si ad longum tempus, Prouincialis si ad breue.

4 Si autem Procurator Generalis in officio suo grauitèr deliquerit, à P. Generali vnà cum vtriusq; Prouinciæ Prouincialibus iudicetur, & si necessè sit, deponatur.

De Cancellarijs. Cap. 38.

1 IN vnaquaq; Prouincia Cancellarius eligi debet, qui saltem Sacerdos sit, & in Religione annos octo permanserit; sit autem Vir summæ integritatis, & scientiarum, humanarumq; literarum non ignarus. Huic fides non secus, quàm publico Notario adhibenda est. In omnibus Capitulis Generalibus, & etiam Prouincialibus suæ Prouinciæ, voce actiua, & passiua Cancellarij gaudebunt, concurrentibus tamèn in eis alijs requisitis in Cōstitutionibus expræssis iuxtà Capitulum 36.

2 Horum præcipuum munus erit omnes Superiorum, aliorumq; officialium electiones, & mutationes, quæ in quouis Capitulo fiunt, & vniuersa, quæ pro bono regimine nostræ Congregationis à PP. Correctoribus, & Di-

finitoribus in ijsdé Capitulis sancita fuerint,quæquè quoquomodo ad PP. Visitatores in actu visitationis spectant, diligentèr in Capitulorum libro perscribere, & fidelitèr registrare, nec non etiam, quæ in Capitulis perlegenda sunt iussu Superiorum perlegere, liceat tamen Generali, seù Prouinciali absente prædicto Cancellario, vel alia rationabili de causa alium in Cancellarium deputare, qui, vel V. V. prosequatur, vel Processus fabricare valeat, immò, & in illius munus obeundum simplicitèr eligere si decessisse, vel priuari contingat.

De Examinatoribus. *Cap. 39.*

1 IN vnaquaque Prouincia eligantur quatuor Examinatores, quorum munus sit eos, qui ad quoscunq; Ordines promouendi sunt, vel ad secularium confessiones audiendas admitten: nec non etiam ad prædicationem verbi Dei, quoad doctrinam, & sufficientiam diligentèr, iussu tamen Superiorum, ad quos spectat, examinare, ac idoneos repertos approbare, & approbatis de eorum sufficientia fidem propria manu subscriptam facere, vt eam Superiori à quo admittendi sunt, & à quo facultatem sunt habituri, demonstrare queant, seruata in reliquis forma præscripta cap. 27. n. 2.

2 Animaduertat verò vnusquisq; Examinator, vt hoc munus, quod per magni momenti est, summa integritate ergà omnes, ac æquo animo exerceat, æquè enim contrà iustitiam, ac charitatem non sinè magno Congregationis detrimento fieret, si ab ipsis, aut admitterētur inhabiles, aut idonei reprobarentur.

3 Qui ergò Examinator eligitur, vir grauis, prudens; & valdè discretus, summæq; integritatis sit, necessè est, atque in Philosophicis, ac Thèologicis disciplinis valdè peritus, ac

ac doctus, sit quoquè Sacerdos, & in Religione annos saltem decem permanserit. In capitulo autem, vel à PP. Visitatoribus ità in vnaquaq; Prouincia per varia Monasteria disponantur, ac de familia collocentur, vt cuilibet eorum ministerio, ac opera indigenti, commodè, & facilè occurrere possint.

4 Porrò hi Examinatores Prioribus, & Superioribus localibus non secus, ac alij Fratres in omnibus subiaceant, vtraq; tamen voce in Capitulis Prouincialibus propriæ cuiusq; Prouinciæ, & in Capitulis Generalibus vtriusq; Prouinciæ fruantur, concurrentibus tamèn in eum alijs necessarijs requisitis per Constitutiones præscriptis.

De Patribus Graduatis.
Cap. 40

1 PAtribus graduatis, qui nimirum in Congregatione nostra primis gradibus Generalatus, & Prouincialatus toto tempore à Capitulo assignato functi sunt, nec fuerint priuati, tanquàm de ipsa Congregatione optimè meritis aliquas exemptiones, seù immunitates, & Priuilegia concedere, rationi valdè consonum videtur.

2 Qui igitur Generalatus dignitatem assecutus fuerit, actiuam vocē in omnibus Capitulis Generalibus vtriusq; Prouinciæ, & etiam prouincialibus suæ Prouinciæ habebit, quod etiam ad eos, qui Prouinciales extiterunt extendimus.

3 Præthereà qui Generales fuerunt tanquàm milites, qui pro sua Religione multum defatigarunt, de eaq; optimè meriti sunt, summo in honore esse debent apud omnes, nec quotidianis laboribus adeò rigorosè, vt alij sunt alligandi: poterunt etiam Monasterium aliquod ad eorum beneplacitum pro domicilio sibi eligere, sed illud à Capitu-

 lis,

lis, seù Superioribus petendo, qui tamèn negare non debent, nisi ex vrgentissimis causis, cum alijs verò Patribus Graduatis Priores locales sint valdè discreti.

Quanto tempore permanere debent Superiores in eorum Dignitatibus, & Officijs.

Cap. 41.

1 QVilibet nostræ Congregationis Superior, & Officialis cuiuscunq; gradus sit, & conditionis, qui actiua, & passiua voce ratione dignitatis, & officij in Capitulis Generalibus fruitur, in officio, seù dignitate, qua fungitur, tres annos dumtaxàt, hoc est ab vno Capitulo Generali, ad aliud perseuerare potest. Quandoquidèm quilibet Superior, & Officialis in manibus Vicarij Capituli suam dignitatem, & officium omninò renũtiare debet, vt habetur cap. 48.

2 Et quoniam persepè contingere potest, vt pro bono Religionis, & Conuentuum aliquos Superiores in eorum dignitatibus, & officijs, in quibus fuerunt constituti, confirmare valdè expediens sit, ac ferè necessarium. Volumus, & expræsè præcipimus Generalem expleto triennio sui Generalatus, non posse ad idem officium reeligi, nisi per annos nouem ab eodem officio Generalatus vacauerit, nec minus eligi posse Prouincialem, vel Procuratorem Generalem, nisi per sex annos vacauerit à prædicto officio Generalatus.

3 Prouinciales item expleto triennio sui Prouincialatus ad idem officium de nouo non eligantur, nisi post sexennium, nec minus ad Generalis, seù Procuratoris Generalis munus eligi possit, nisi per triennium ab officio Prouincialatus vacauerint.

4 Prio-

4 Procurator Generalis expleto triennio sui officij, ab officio Generalis, Procuratoris Generalis, & Prouincialis per triennium vacare teneatur.
5 Prioratus, ac alia inferiora officia, vt Cancellarij, & Examinatorum ipsis Generali, Prouincialibus, & Procuratori Generali consequi minimè denegatur.
6 Priores verò expleto triennio sui officij, in Priores eorundem Conuentuum confirmari non possint, eos tamen in Priores aliorum Conuentuum permittimus. Examinatores deniquè, & Cancellarij in eorum officijs per aliud triennium vsquè ad aliud Capitulum Generale, si PP. Deffinitoribus expedire videbitur, poterunt confirmari.

Rem nullam ad totam Congregationem spectantem sinè eiusdem consensu fieri debere.
Cap. 42.

1 NVllus, gradus cuiuscunq; & conditionis in nostra Congregatione sit, etiàm si Prouincialatus, aut Generalatus dignitate præfulgeat, rem aliquam grauem ad totam Congregationẽ spectantem, & quæ eiusdem commodum, vel incommodum vtile vel damnum concernant sub quouis prætextu, aut colore tractare, agere, aut innouare præsumat, sinè ipsius Congregationis participatione, & consensu, vt esset noua loca recipere, vetera desere-re, nouas leges, ac Constitutiones condere, & his similia.
2 Si igitur nostræ Cõgregationi nouus aliquis locus erigendus offeratur, & proponatur, nec commodè possit vsquè ad Generale Capitulum differri, volumus in tali casu, vt P. Generalis, aut Prouincialis, vel alij ab ipsis eligendi, vnà cum duobus alijs Patribus graduatis, si illi essent im-

pediti, aut hi aptiores censerentur, ad dictum locum erigendum se conferant, probentq; an pro Congregatione faciat, nec ne; cuius deinde statum, & conditiones ad Generale Capitulum referre debent, poterunt etiam prædicti Patres si eis expedire videbitur, ad illius loci curam vnum, vel plures Patres constituere vsquè ad prædictum Capitulum, ad quod tandem solum decernere spectabit, quid de dicto loco agendum sit; in erectione autem noui Conuentus seruentur Constitutiones fel. recor. Clemen. VIII. Pauli V. Gregorij XV. & S.mi D. N. Vrbani VIII. vnà cum Decretis de Cœlebratione Missarum.

3 Illud proportionalitèr seruandum erit si aliud simile contigerit. Qui autem huic nostræ Constitutioni oppugnauerit, voce actiua, & passiua, omnibusq; gradibus, ac dignitatibus Congregationis in proximo Generali Capitulo per tres annos sequentes exiliet.

Quis modus, quæuè forma in omnibus, & singulis scrutinijs, & electionibus cuiuscùq; Capituli sit ab omnibus seruanda. Cap. 43.

1 IN omnibus electionibus per vota, seù scrutinijs in quouis Capitulo tàm Generali, quàm Prouinciali, & etiam priuato locorum faciendis, siuè pro Superioribus, cæterisq; officialibus eligendis, siuè pro quauis alia re decernenda, seruari inuiolabilitèr debet forma, & modus à Sacro Conc. Triden. & etiam à nostri Instituti Constitutionibus præscriptus. In primis igitur antequam proponatur aliquid à Superiore; & ad aliquam electionem deueniatur, in quouis Capitulo, siuè publico, siuè priuato prælegendæ sunt Constitutiones, siquæ sunt de eò, quod debet proponi, & de requisitis, ac qualitate eligendorum in

Ge-

Generali Capitulo antè omnia prælegi debet cap. 6. Conc. Trid. sessiõn. 25. de Regul. nec non §. §. Decretorum Clem. 8. pro Regularium Reformatione æditorum n. 35. & 36.

2 Quodlibet scrutinium, seù ballottatio, vt vulgò dicitur, in omnibus, & singulis Capitulis nostræ Congregationis fieri debet per Vota, seù suffragia secreta; quamobrem quilibet vocalis calicem de manu illum deferentis accipere debet, in eumq; manu cooperta suum votum immittere, in quo directa, vel indirecta vocum, & suffragiorum procuratio, tàm pro se, quàm pro alijs omninò cauenda est, sed quisquis secundum propriæ conscientiæ dictamen probiores, ac magis idoneos se electurum coràm Deo sibi proponat, & iuret ad præscriptum dictorum Decretorum.

3 Præterea quicquid per secreta suffragia in quouis Capitulo, tàm publico, quàm priuato in quemcuq; finem, & effectum propositum fuerit, nullatenus obtineri poterit, nisi vltrà medietatem vocales concurrant. Qui igitur ad dignitatem, aut officium eligendus proponitur, nisi ad sui fauorem, voces, seù suffragia, vltrà illorum medietatem habuerit, eam consequi non poterit.

4 Deniquè si plures ad eandem Dignitatem, aut officiũ per Vota Secreta concurrant, & sint propositi, qui ex illis maiorem numerum vocum ad sui fauorem habuerit, erit ad dictam Dignitatem electus, si verò eos parem suffragiorum numerum ad sui fauorem obtinere contigerit, iterum omnes illi ad Vota proponantur, si adhuc in pari numero suffragiorum, vti prius perstiterint, qui ex illis in Religione antiquior est, eam dignitatem, & officium erit iure (omni ambiguitate remota) assecutus, & ad illam iuridicè electus.

Quo

Quo tempore, quouè loco cælebrandum sit Generale Capitulum. Cap. 44.

1 CApitulum Generale noſtræ Congregationis, ſecundum antiquã eius conſuetidinem, tertio quoquè anno in die Dominicæ tertiæ poſt Paſcha Reſurrectionis Chriſti Domini cælebrari debet, cum tali die eligatur Capituli Vicarius, totumque Definitorium creetur, vt in ſuo loco ſtatuitur.

2 Quod ſi tali die ob aliquod grauiſſimum impedimentum Capitulum cælebrari nõ poſſet, volumus eò die Dominicæ tertiæ iam dictæ Generalem, & Prouinciales ab officijs, ac dignitatibus Generalatus, & Prouincialatus vacare, alioſquè eligi debere loco illorum. Pro quorum electione in tali caſu ſedem Apoſtolicam conſulant, & hi deindè à S. Sede de nouo electi, nempè Generalis cum duobus Prouincialibus ſtatim eligant nouum Procuratorem Generalem, & hi quatuor inſimùl eligere poſteà debent Priores, cæteroſq; officiales totius Congregationis (omnes namque vacare intelliguntur) prout eis ad vniuerſalẽ gubernationem Congregationis expedire videbitur, quos omnes eadem facultate, & authoritate, vti, frui, ac gaudere intendimus, ac ſi eſſent in Generali Capitulo electi. Quod ſi aliquis in tali caſu quauis alia ratione intrà Religionem eſſet electus, electio ipſo facto nulla ſit, & irrita, & electus voce actiua, & paſſiua triennio priuatus exiſtat.

3 Quoàd locum verò ſecundum veterem conſuetudinem noſtræ Congregationis, Capitulum Generale ſemel, hoc eſt vno triennio, in Prouincia Marchiæ Taruiſinæ, & alio triennio in Prouincia Marchiæ Anconitanæ fieri debet; locus autem præciſus futuri Capituli, aut ab ipſo Capitulo,

pituli, aut ab ipso Capitulo antecedenti, aut à Generali vnà tamèn cum Prouinciali eius Prouinciæ, in qua erit cælebrandum designabitur. Et quælibet Prouincia per se ipsam omnia necessaria, omnesq; expensas pro suo futuro Capitulo subministrabit, sicut etiam ad eũdem Generalem spectabit designare locum pro Capitulo Prouinciali, si quando ob aliquam vrgentissimam causam illud cælebrare occurreret.

Quinam se conferre debeant ad Comitia Generalia. Cap. 45.

AD Generale Capitulum vniuersalitèr loquendo, & secũdum legem ordinariam pergere debent, vel saltèm possunt omnes ij, qui in dicto capitulo saltèm actiuam vocem habent, vt sunt. In primis P. Generalis, Procurator Gen. vtriusq; Prouinciæ Prouinciales, Priores omnes, tãm locales, quàm Titulares, qui ex Priuilegio Sanctiss. D. N. Vrbani Octaui in nostra Congregatione extant, qui per sex saltèm menses antè Capituli diem fuerunt tales declarati, dũmodò talis electio non facta fuerit occasione mortis, aut alicuius delicti, quia tali casu ij electi se ad dictum Capitulum conferre debebunt, etiam si per sex menses antè Capituli celebrationem electi nõ fuerint, Discreti vniuscuiusque Conuentus iuridicè electi, & deniquè vtriusq; Prouinciæ Examinatores, Magistri Nouitiorum, PP. Graduati, ac Cancellarij, omnes enim hi in Capitulis vtraque voce gaudent, vt suis locis dicitur.

Modus ac forma Discretum eligendi præscribitur. Cap. 46.

1 IN quouis Conuentu nostræ Congregationis, in quo quinque saltem fratres de familia Commorantur eligi potest, ac debet Discretus, qui ad Capitulum Generale ire debet, in eoque actiuam, & passiuam vocem habeat. Ad cuius electionem actiua voce Concurrant omnes Vocales, qui respectiuè per sex menses antè electionem sunt de familia illius Conuentus, cuius Discretus est eligendus nempè omnes Professi, dummodò sint in sacris cõstituti: excipimus autem eos qui de presenti die 13. Iunij 1642. reperiuntur professi, quos vocé actiuam habere decernimus, voce verò passiua omnes alij de familia vt suprà, Priore locali excepto, dummodò annos saltem quinque in Congregatione permanserit, & Sacro Presbiteratus ordine fuerint insigniti, quod si intrà id tempus aliquam fratrũ mutationem in aliquo Conuentu ob aliquam vrgentem, & euidentem necessitatem à Superioribus fieri contigerit, poterit is, qui ex Obedientia erit de familia talis Cõuentus de nouo constitutus, dummodò ex eius culpa talis mutatio orta non sit in Discreti electione vtraq; voce gaudere.

2 Electio autem Discreti fiat antè Capitulum Generale, intrà quindecim dies à Natiuitate D. N. Iesu Christi conputandos, & in die certo Vocalibus cuiusque Conuentus per Priorem intimando; Prior autem cuius culpa intrà dictum tempus electio Discreti facta non fuerit, vocis actiuæ, ac passiuæ priuationem per tres annos incurret, & P. P. Visitatores, seù eorum Vicarij Discreti electionem fieri faciant, etiam dicto tempore elapso. Si autem aliquem Discretum mori contigerit, possit familia illius Conuentus iterum capitularitèr cõgregata alium Discretum quouis tempore eligere, ijsdem tamen conditionibus.

6 Con-

3 Congregati igitùr omnes Vocales alicuius Conuentus capitularitèr pro Discreti electione, Prior localis illius Conuentus, lecta præsenti Constitutione proponat singulos, à Vicario incipiendo; qui votorum seù suffragiorum, vltrà medietatem maiorem numerum obtinuerit erit illius conuentus Discretus.

4 Si in Discreto eligendo, vocales adeò inter se discrepent, vt nulla ab ipsis facta electio sit valida, monasterium illud sinè Discreto existat.

5 Si in Discreti electione fraus committeretur, ea cognita, delinquentibus grauis pœna esset imponenda, & Discreto ità electo, vt seditioso, ad Capitulum non pateat ingressus, sed vel à P. Generali statim expellatur, vel certè à PP. Correctoribus, si non nisi ab ipsis in fidei recognitione fraus fuerit detecta.

6 Discreto cuilibet Canonicè, & iuridicè electo faciant Vocales, qui eum elegerunt, fidem de Canonica electione manu propria subscriptam, & Sigillo proprij Conuentus obsignatam, quam secum ferre debet, vt in Generali Capitulo PP. Correctoribus eam ostendat.

7 Deniquè munus, & officium Discreti erit deferre ad Capitulum Generale Inuentarium omnium bonorum sui Conuentus, eique statum dicti Conuentus, & omnes fratrum necessitates aperire.

De Oficio PP. Correctorum in Capitulo Generali. Cap. 47.

1 CVm omnes Vocales Capituli Generalis, ad locũ, in quo illud erit cælebrandum peruenerint, die Iouis, aut Veneris antè tertiam Dominicam post Pascha P. Generalis, Prouinciales, & Coréctores in præcedenti Capitulo Generali Electi in loc capitulari conueniant, ad

 eorum

eorum munera exercenda; ipsis enim curæ erit perspicere attentèq; considerare omnes, & singulas summas, seù folia rationum accepti, & expensi, seù computorum vniuscuiusq; Conuentus, Inuentaria eorundem, fides de Discretorum electione, & si quæ sunt alia huius generis, & prætereà à Capitulo expellere, qui vel canonicè, non fuerunt electi, vel alia de causa expellendi sunt. Quod si contingat peragi debere aliquid contrà aliquem ex Patribus correctoribus, vel illius computa recognosci, vel quicquid aliud contrà ipsum pertractari necessè sit, tunc is, de cuius interesse agendum erit recedere tenebitur à loco capitulari, nec in ipsius negocia votum afferat. Idem seruetur si de interesse Difinitorum tractari contingat. Prætereà ad hos quoq; spectabit punire eos, qui in pœnas nostrarum Constitutionum inciderunt, omnesq; errores cuiuscunque corrigere, quicquid enim ab his decretum fuerit, inuiolabilitèr obseruari intendimus; Nec PP. Definitores vlla ratione ipsorum Decretis derogare posse. Absolutis, & expeditis deindè Causis ad PP. Correctores spectantibus, ad alias electiones Capituli deueniendum erit. Volumus autem, vt PP. Correctores, durante Capitulo post Definitores omnes alios præcedant.

De electione Vicarij Generalis Capituli, & PP. Definitorum, eorumq; officijs.

Cap. 48.

1 DIE Dominicæ tertiæ post Pascha Resurrectionis pro nostri Capituli cælebratione assignato, hora condecenti Cantari debet Missa solemnis de Spiritu Sancto, cum Gloria, & Credo, in qua secunda Oratio erit de Sancta Maria, tertia de Sancto Hieronymo Patre nostro.

Cele-

Celebrans erit Pater Generalis, Diaconus P. Prouincialis Prouinciæ, in qua cælebratur Capitulum. Subdiaconus alter Prouincialis, vel alij ab his deputati si fortè hi essent legitimè impediti; Cœteri verò Vocales eadem die, vel in eadem missa solemni, vel in priuatis Sanctiss. Eucharistiæ Sacramento reficiantur.

2. Hora deindè à P. Generali assignata, omnes Vocales ad sonum Campanulæ ad Ecclesiam conueniant, vbi omnibus genuflexis, P. Generalis, simul cum Prouincialibus intonet cum cantu Himnum. Veni Creator spiritus, alijs prosequentibus. Mentes tuornm visita, &c. & absoluto primo versu, seù quaternario Consurgant, & processionalitèr cantantes præcedente Cruce cum duobus Accolitis, bini pergant ad locum Capituli, quò cum peruenerint, absoluto Himno, P. Generalis cantabit versiculum. Emitte Spiritum tuum, &c. ℟. Et renouabis, &c. deindè Orationem de Spiritu Sancto, quo peracto vnusquisque ad proprium locum ordinatè se conferat, ibiquè assideat, & Statim legantur publicè à Cancellarijs, quæ à PP. Correctoribus determinata fuerunt.

3. His expletis illicò deueniatur ad electionem Vicarij Capituli, Ad cuius electionem actiuā voce omnes Vocales Concurrunt, passiua verò omnes ij (Generali tamèn excepto) qui Sacerdotes sunt, & annos viginti completos, ac minimè interruptos in Congregatione Perstiterint. Proponat igitur P. Generalis pro huiusmodi electione incipiēdo à Prouinciali Prouinciæ vbi fit Capitulum, gradatim, & succesiuè omnes alios, dummodò idonei sint, & qui ad sui fauorem plura suffragia obtinuerit, erit Vicarius Capituli, cui statim Generalis suum locum concedet, in eoque eum sedere faciat. Et statim in illius manibus omnes, & singuli antè illum genuflexi. In primis verò ipse Generalis, tùm Prouinciales, Procurator Generalis

ralis cæterique Priores tàm Locales, quam Titulares, Examinatores, Cancellarij omnesq; alij suas Dignitates, & Officia cum sigillis renunciabunt, per quē actum renunciationis quælibet Dignitas, & Officium in Congregatione vacare intelligatur, tametsi, qui eis funguntur, Capitulo non intersint. Per hanc tamèn renunciationē non censeatur ablata facultas dandi Votum in præsenti Capitulo.

4 Expleto renūtiationis actu P. Vicarius Capituli procedat ad electionem quatuor Patrum Definitorū, & primus omnium proponatur, qui Generalatus Dignitatem renunciauit, tùm qui Prouinciales extiterunt, & Correctores, tùm denique Alij, & qui ad sui fauorē maiorem numerum suffragiorum habuerint, erunt PP. Definitores, ad quam Electionem actiua voce cōcurrere debent omnes vocales, passiua omnes ij (Vicario tamèn Capituli excepto) qui cum Sacerdotes sint annos viginti completos in Religione extiterunt.

5 Hi quinq; Patres, hoc est Vicarius Generalis, & quatuor Prædicti, Difinitores totius Capituli nuncupentur & sint: ad hos enim spectat causas audire, & auditas expedire, & eos, qui in administrandis eorum officijs, ac Dignitatibus, quæcunq; sint, etiam Generalatus aberrarunt, corrigere, ac punire, causas determinando, sola veritate inspecta.

6 Debent etiam creare omnes Officiales totius Congregationis, vt Procuratorem Generalem, Priores tàm locales, quàm Titulares, Examinatores, Cancellarios, Nouitiorum Magistros, Gubernatores, Vicarios, atquè alios superiores, quouis nomine nuncupatos, seruato tamèn tempore vacationis à Constitutionibus præfinito vt suprà cap. 41. debent quoquè pro quolibet Conuentu familias constituere. Nulliq; prorsus reclamare liceat, quod non fuerit ab ijs in Dignitate aliqua, seù officio constitutus, vo-

lumus

lumus enim Capitulum Generale, eiusq; Definitorium esse in suis Definitionibus, Electionibus, ac Decretis, omninò liberum.

7 Deniquè ad hos quoquè spectabit ordinare, ac decernere quicquid pro bono Congregationis regimine esse ordinandum, ac decernendum censuerint, & quicquid ad Generale Capitulum spectat. Nihil tamèn ad totam Congregationem pertinens (si graue, & maximi momenti sit) innouare poterunt, nisi prius toti Capitulo, id proponant, & maior Capituli pars per secreta suffragia consensum præstiterit, vt habetur cap. 42.

8 Officium PP. Definitorum vsquè ad finem Capituli perdurabit; etiam facta creatione noui Generalis, & Prouincialium, à quibus tunc nihil poterit immutari, quod à Definitoribus sancitum sit.

9 Durante Capitulo vnoquoq; die, etiàm festiuo, cantari debet Missa de Spiritu Sancto, & etiam Alia de Requiē pro Defunctis, si non adsit festum, Recitentur quoquè litaniæ secundum nostram consuetudinem.

De Electione Patris Generalis in Capitulo. Cap. 49.

1 STatim atquè PP. Definitores elegerint omnes Priores, omnesq; Officiales cū eorū familijs, fecerintq; Decreta, & Ordinationes, quæ pro bono regimine Religionis expedire existimauerint, ac deniquè cūcta perfecerint, & compleuerint, quæ ad ipsorum munus pertinent. P. Vicarius Capituli cū alijs Definitoribus cōgregatis omnibus vocalibus ad sonum Campanulæ in loco Capitulari, & lecta præsenti Constitutione, procedat ad electionem Generalis, pro cuius electione primò proponantur ab eodē Vicario gradatim Definitores, & successiuè cæteri PP.

quibus

quibus insint requisitæ cõditiones illius tamen Prouinciæ, ad quam de more spectat Generalatus, & qui vltrà medietatem maiorem numerum vocum ad sui fauorem habuerit, erit P. Generalis per Triennium iuxtà nostræ Congregationis Priuilegia, ac Consuetudinem.

2 Ad Generalis electionem actiua voce concurrere debent omnes vocales vtriusq; Prouinciæ, passiua, solùm qui annos 25. circitèr in Congregatione permanserint, vt habetur cap. 36.

3 Porrò Generalis statim electus, fidei professione in manibus Vicarij Capituli coràm omnibus emissa, ad locũ P. Vicarij se conferat, ibiq; assideat, tùm Vicarius ipse tradendo illi sigilla generalatus, ei Obedientiam præstet, manus ipsius deosculando, & sic faciant cæteri omnes.

De Prouincialium electione in Generali Capitulo. Cap. 10.

1 GEnerali electo, eiq; obedientia præstita, eadem sessione procedatur statim ad Prouincialium electionem, quam tamèn ipse Generalis (habito prius breuissimo sermone ad Patres) ipsi Capitulo proponat, quæ fieri debet hoc ordine.

2 Quælibet Prouincia per se ipsam, & separatìm, vnà tamèn cum nouo Generali tres eligat Patres per secreta suffragia ad prouincialatum idoneos proponendo, primo loco Patres Definitorij, tùm gradatìm, & successiuè alios, qui ad sui fauorem maiorem numerum suffragiorum obtinuerint, erunt tres ad Prouincialatum electi pro Prouincia.

3 Deindè hi separatim electi à sua Prouincia toti Capitulo ab eodem Generali proponantur, hoc est, primo tres electi ab ea Prouincia, vbi fit Capitulum, & qui ex illis plura suffragia vltrà medietatem ad sui fauorem habuerit erit

Pro-

Prouincialis illius Prouinciæ, tùm proponantur similitèr toti Capitulo alij tres electi pro alia Prouincia; & eadem ratione, qui plura suffragia fuerit assecutus, erit Prouincialis alterius Prouinciæ. Qui Prouinciales triennio in Prouincialatu permanere debent, vt de Generali diximus.

De electione Patrum Correctorum.

Cap. 11.

1 PEracta huiusmodi electione PP. Generalis, & Prouincialium, deueniatur ad electionem Duorum Correctorum pro sequenti Capitulo Generali, quæ quidèm non nisi infrascripto modo fieri poterit. Generalis proponat toti Capitulo pro Correctore illius Prouinciæ, vbi cœlebratur Capitulum (duo enim eliguntur Correctores, vnus scilicèt pro vnaquaquè Prouincia) alterum ex PP. initium facien: à senioribus, & deindè ad alios prosequendo, qui plura suffragia, vltrà medietatem obtinuerit, sit illius Prouinciæ Pater Corrector, & sic deindè de alia.

2 Ad hanc autẽ electionem P.P. Correctorum voce actiua concurrere debent omnes vocales totius Capituli, passiua verò (Generali, & Prouincialibus exceptis) similitèr omnes, eligantur autèm ad hoc officium viri Discreti, Prudentes, & timoratæ Conscientiæ; qui per sexennium post Profesionem in Religionem steterint.

3 Quod si contingat, istos sic electos Correctores, seú alterum eorũ nequire ad subsequens Capitulum pergere, tunc Generalem, & ambos Prouinciales, posse alium, seù alios in defectum ipsius, seù ipsorum substituere.

Qua ratione Capitulum publicandum sit; ac dimittendum Cap. 52.

1 HIs expletis immediatè in eadem sessione, aut certè in alia (iterũ Cõgregato Capitulo) prout PP. Definitoribus videbitur, primo loco legatur plubicè à Cãcellarijs vtriusquè Prouinciæ quicquid decretum, & determinatum fuerit à PP. Definitoribus, & insupèr etiam omnes electiones, & creationes omnium Officialium ab ijsdem factæ, cæterorumq; Fratrum mutationes; nequè ab eis appellatio, reclamatio, seù recursus admittatur, nisi ad effectum deuolutiuum tantùm, non autem suspensiuum, sed vnusquisq; parere promptum, & paratum se ostendat, vt verè Religiosum decet, qui autem oppositum attentauerit, ipso facto à PP. Definitoribus voce actiua, & passiua per triennium priuetur, alijsquè etiam pœnis grauioribus ipsorum arbitrio inflictis.

2 At verò si quis Officium sibi destinatum modestè recusaret, Definitores prouideant, proùt expedire cognouerint.

5 Postremò his ità dispositis nouus Generalis intonabit: Te Deum &c. quem prosequendo omnes bini processionalitèr pergant ad Ecclesiam, vbi cum aliquantulum orauerint pro gratiarum actione, P. Generalis omnes benedicendo dimittat, & illicò omnes, & singuli ad sua Monasteria, & loca properabunt.

Nulli

Nulli ex nostris, quæ in Congregatione, aut Capitulis pertractantur, externis referre liceat.
Cap. 13.

1 EA quæ in nostra Congregatione, præsertim verò in Capitulis Generalibus, aut particularibus vniuscuiusq; Conuentus, pro eiusdem Congregationis beneficio secretò tractantur, ac definiuntur, nullus audeat externis, aut alijs etiam ex nostris, qui huiusmodi Capitulis præsentes non fuerint, referre, ac manifestare, sub pæna ab ipsis Capitulis, aut Superioribus, ac etiam Prioribus prò qualitate delicti transgressori imponenda; & si pluries quis in hunc errorem, in rebus præsertim grauibus incidisse conuincatur, in pænam expulsionis ab ijsdem Capitulis, & priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, meritò incurret Superiorum arbitrio.

2 Sub eadem pæna, & etiam Superiorum arbitrio grauiore districtè præcipitur, nequis Fratrum, præsertim verò Superiorum occultos defectus, seù errores cum famæ eorundem, & ipsius Congregationis detrimento, nisi fortè necessitate coactus, detegere, ac publicare audeat.

Præscribitur modus eligendi Generalem, & Prouinciales extrà Capitulum. Cap. 14.

1 SI cõtingat Generalatus Dignitatem extrà Capituli tempus, aut per mortem Generalis, aut alia ex causa vacare, decernimus illius Prouinciæ Prouincialem, cuius Generalis erat, ipso factò àsquè vlla alia declaratione, vigore tantummodò præsentis Constitutionis, succedere Vicarium Generalem loco Prædecessoris Generalis, cum

eadem prorſus auctoritate.

2 Diſtrictè autem prædicto Vicario Generali præcipimus, vt ſtatim habita vt ſupra notitia, nulla interpoſita mora, Vocales moneat per literas citatorias, illis aſſignando locum, ac diem electionis facien; qui ità debent conuenire, vt infrà menſem electio ſequatur.

3 Electores autem noui Generalis, ſi ipſe eligen: erit de Prouincia Anconitana, erunt infraſcripti, videlicet ipſe Vicarius Generalis, Priores S. Honuphrij de Vrbe, S. Bartholomei Piſauri, Santiſſ. Trinitatis montis belli, & S. Hieronymi Arimini; item Prouincialis Prouinciæ Taruiſinæ, Priores S. Sebaſtiani Venetiarum, Magdalenarum Pataui, & S. Mariæ à Roſa Ferrariæ. Si verò Generalis eligendus erit de Taruiſina Prouincia, Electores erunt Vicarius Generalis, Priores S. Sebaſtiani Venetiarum, Magdalenarum Patauij, S. Mariæ à Roſa Ferrariæ, & Magdalenæ Taruiſij: item Prouincialis Prouinciæ Anconitanæ Priores S. Honuphrij de Vrbe, S. Bartholomei Piſauri, & Sanctimæ Trinitatis Montis belli. Quod ſi Vicarius Generalis, aut Prouincialis ſit Prior alicuius ex dictis Conuentibus, tunc ad huiuſmodi electionem intererit Prior S. Blaſij Fani, in Prouincia Anconitana, ſi verò id accidat in Prouincia Taruiſina, in ipſius locum Priorem Victoriæ Veronæ ſubrogatum volumus.

4 At ſi quoquo modo infrà triennium Capituli Generalis occurrat Prouincialis Dignitatem vacare; volumus ac declaramus Prouïcialis electores eſſe ſex Priores illius Prouinciæ, cuius Prouincialis eſt eligen: vnà cum ipſo Generali: hoc eſt in Prouincia Anconitana Priores S. Honuphrij de Vrbe, Sanctimæ Trinitatis Montis belli, S. Bartholomei Piſauri, S. Hieronymi Arimini, S. Hieronymi Vrbini, & S. Mariæ Gratiarum Neapolis; In Prouincia verò Taruiſina Priores S. Sebaſtiani Venetiarum, Magdalenarum

Pa-

Patauij, Magdalenæ Taruisij, S. Mariæ de Rosa Ferrariæ, S. Mariæ Hispidæ, & S. Mariæ Magdalenæ Vicentiæ, Hi enim omnes vnà cum Generali respectiuè in sua Prouincia per Vota Secreta nouum Prouincialem, siuè præsentem, siuè absentem eligere debent, seruatis tamèn forma, & conditionibus alibi expræssis; quæ quidem electio fiat loco, & tempore, quibus suprà de Generali.

5 Si verò vacet aliquis ex dictis Prioratibus ob mortem Generalis, aut Prouincialis, tunc illius Prioratus electio fiat à Generali, & respectiue à Prouinciali vnà cum duobus Prioribus Electoribus, qui in Religione antiquiores erunt, quod si Generalis ipse, vel Prouincialis respectiuè fuerit legitimè impeditus, eius loco censeatur subrogatus vnà cum alijs duobus Prioribus superiùs expræssis, alius Prior ex antiquioribus illius Prouinciæ.

6 Qui modus nouum Prouincialem in vnaquaquè Prouincia eligendi, seruari etiam debet, quandocumq; extrà Capitulum Generale Prouincialis electionem fieri ex quauis causa contigerit, sempèr enim vnà cum prædictis Prioribus Electoribus, Generalis, seù Vicarius Generalis ad Prouincialis electionem per se, & non per alium concurrere debet.

7 Si verò aliquis ex prædictis Prioribus electoribus ob aliquod impedimentum dictæ electioni interuenire non posset, decernimus in tali casu, eum posse alium loco ipsius substituere.

8 Deniquè si Prouincialis extrà Capitulum Generale electus per vnam tantùm vicem Prouinciam visitauerit, Volumus, & intendimus talem electionem non esse, aut fore illi impedimento, quo minus in dicto Capitulo non possit eligi in Prouincialem pro futuro triennio; secus verò si per duas vices Prouinciam visitauerit ad præscriptum Constitutionis; tunc enim sequenti Capitulo ad Prouin-

cia-

cialatus Dignitatem pro futuro triennio concurrere nequaquàm poterit.

Traditur modus eligendi Priores, cæterosq; Officiales; ac etiam Procuratorem Generalem extrà Capitulum. Cap. 55.

1 SI aliquis Prior, siuè localis, siuè Titularis, vel quilibet alius Superior, & Officialis nostræ Congregationis, vt Vicarius, Examinator, Cancellarius, & quiuis alius cuiuscunq; gradus, & conditionis sit, & quouis nomine nuncupatus, vel causa mortis, vel quia à Superioribus alijs sit iure priuatus, fuerit extrà Capitulum Generale eligendus, ac de nouo creandus, volumus talem electionem fieri posse à PP. Visitatoribus. Verùm si talem electionem Prioris infrà sex menses à die quo Capitulum Generale cælebrari debet, fieri contingat, electus vocem non habeat in eò, nisi eius electio facta fuerit per decessum anterioris. Si verò ex quauis causa esset eligendus, ac de nouo creandus extrà Capitulum Procurator Generalis nostri ordinis, creatio noui Procuratoris fiat à P. Generali cùm Prouincialibus tamèn vtriusq; Prouinciæ, qui etiam mandatum Procuræ iuxtà solitum ei conferant, & qui ab his fuerit electus, erit Procurator Generalis totiùs Ordinis vsquè ad Generale Capitulum.

De modo Visitandi Monasteria. Cap. 56.

1 VT omnes nostri fratres, siuè Superiores in Congregatione existant, siuè subditi, pro viribus suo muneri satisfacere studeant, illi, suorum Monasteriorum curæ,

curæ, & regimini incumbendo, ac commissum sibi Gregem omni charitate, & vigilantia pascendo; hi verò suorum Superiorum iussa exequendo, eisquè obtemperando. Ordinamus, atquè mandamus Generalem cum Prouincialibus, hoc est, cum vnoquoquè in sua Prouincia debere Ter in vno triennio totam Congregationem, eiusquè Monasteria personalitèr visitare, vel saltèm per alium si sit impeditus.

2. In actu Visitationis diligentèr inspiciant Patres Visitatores qualitèr res cuiusquè Ecclesiæ, & Monasterij nostræ Congregationis se habeant; Prioris, siuè Superioris regimen animaduertant; dequè cuiusquè fratris vita, ac moribus se certiores fieri curent; Scandala, si quæ sint, deuitent; concilient dissentiones; Pacem, Obedientiam, Charitatem, aliasquè virtutes pro viribus astruant; & cuiquè rei opportunum remedium adhibere sũmoperè studeant; vt vbiquè Dei Cultus, ac Religionis beneficium augeatur. In quouis Conuentu tamdiù commorentur, quamdiù necessarium esse cognouerint, ibiquè diutiùs, vbi magis erit opus; Si aliquis ex Visitatoribus sit Prior, eius loco Monasterium ipsius ab alio Priore viciniore visitabitur.

3. Visitationis exordium sumant à Templo, videantq; inprimis àn rectè custodiatur Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum; mòx visitent Sacrum infirmorum Oleum, ac Sanctorum Reliquias, ex quibus tamèn nihil prorsus auferri debènt sub pena priuationis officij, & vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrènda, prætereà Altaria, & vniuersa, quæ tàm in Ecclesia, quàm in Sacristia ad diuinum cultum pertinent; Curentquè vt nihil eorum, quæ necessaria sunt, desit, ac præsertim diligentèr attendant, si adimpleantur legata, & Missarum onera, quæ in Tabella Sacristiæ descripta sunt.

4. Posteà ad visitandam Domum, & Monasterium se con-

conferant, curentquè ædificia Conseruari, & etiam instaurari, si opus erit; diligentèr inspiciant totam habitationem, officinas, totamquè supellectilem illius, nec necessaria deesse, aut superflua expendi permittant, Omniumquè mobilium Conuentus, & Ecclesiæ Inuentarium recognoscant.

5 Visitent quoquè bona stabilia Monasterij sinè magno incommodo visitari possunt, & videant qua Cultura ægeant, quiduè in illis prestandum sit, vt Conseruentur, ac augeantur.

6 Deindè accedant ad visitationem personarum, vocentquè singillatim omnes eo ordine, qui magis eis expedire videbitur; ab omnibus petant quomodo seruentur Regulæ, & Constitutiones præsertìm, quæ ad Chorum, & Ecclesiam pertinent, & ad regularem obseruantiam; qua ratione administrentur bona Monasterij; quomodo tractentur subditi à Superiore, si quæ sint scandala, quibus prouidere necessè sit, & similia; vltimo loco visitent Superiorem Conuentus, à quo, & Subditorum, & ipsius personæ Circà ea, quæ ad eius officium pertinent, rationem exigant; Omnes autèm ad veritatem sincerè dicendam, ne, si taceant, ipsis imputetur, si morbi latentes curari nequeant.

7 Postremò diligentèr videant computa, rationesq; accepti, & expensi à Priore, seù Superiore loci in suo libro præscripta, & adnotata, & etiam computa præcedentia cuiusquè Conuentus ab vltima Visitatione suorum Prædecessorum, & si recta fuisse cognouerint, manu propria subscribant, sicut etiam folium, in quo eorundem computorum summa continetur.

Posse

Posse Generalem, ac Provinciales alijs suas vices demandare. Cap. 57.

1 TAm Generalis, quàm Prouinciales non solum ad actum visitandi Congregationem, sed etiam ad aliud quodcunquè, quod ab eorum auctoritate dependeat, peragendum, non tamèn in casu electionis, suas vices alijs Patribus demandare, seù committere poterunt; Vndè Generalis, in sua Prouincia, ac Monasterio residens, poterit vni, vel pluribus, præsertim alterius Prouinciæ ob maiorem Fratrum commoditatem, & bonum Congregationis regimen suas vices, suamquè auctoritatem pro suo beneplacito tribuere.

2 Patres autem, quibus Visitatores suas vices demandare poterunt, debent saltèm esse Priores, aut Patres graduati; multoquè magis committi poterit Procuratori Generali seruata tamèn Constitutione 41.

Quis Ordo inter fratres, ac Superiores nostræ Congregationis constituendus sit. Cap. 58.

1 INtèr nostros Fratres hic ordo, Præcedentiæ constituendus videtur. Primò vniuersalitèr, si cætera paria sint, sempèr, qui in Religione Antiquior est, iuniorem in eadem præcedat.

2 Si Gradus, seù Ordines inspiciamus, is erit Ordo seruandus, vt sempèr Professi Nouitios præcedant, & sicut hi, si ad chorum addicti sint, Nouitijs Laicis præferri debent, sic & illi, si Clerici existant, professis Laicis præferendi sunt; eademquè ratione Sacris Ordinibus insigniti

ad tales Ordines non promotos præcedant, & licèt inter hos nullus ordo seruetur, intèr illos tamèn iure subdiaconus Diacono, & vtriquè Sacerdoti locum cedant.

3 At verò si Superioritatis habeatur ratio vniuersalitèr decerni potest, vt is, qui in aliqua Dignitate constitutus sit, præcedat eos, qui nulla Dignitate actu fruuntur, simplicesquè Sacerdotes existunt.

4 Porrò si Superiores intèr se conferantur, post P. Generalem iure Prouincialis in actu saltèm Visitationis, nulli secundus esse debet; PP. enim Visitatores in Congregatione nostra primum locum obtinent; Procurator Generalis post Prouinciales omnibus alijs præferendus est, exceptis PP. Graduatis, si ipsi cæteris paribus præferendi sint.

5 Inter Priores Actuales, siuè Titulares, secundum se consideratos præcedant, qui primò professionem emiserint, tametsi locali Priori in proprio Conuentu quilibet alius, etiam Procurator Generalis, cedere debet. Et multò magis Prior titularis, qui de eius familia sit.

6 Vicario in proprio Conuentu, qui post Priorem præesse solet, cedant cuncti reliqui Fratres. Immò, & ipsi Priores titulares, si de eius familia sint.

7 Deniquè inter PP. Graduatos ijs, qui Generales extiterunt primus locus erit, tùm qui fuerunt Prouinciales sequi debent. At nequè intèr eos, qui Generales extiterunt, nec intèr reliquos alius ordo, quam Religionis seruetur; Si verò hi cum alijs conferantur, cuncti cæteros Fratres, qui Priores, aut Superiores non existunt, antecellere debent, at verò, qui Generalatus Dignitate functi sunt, omnes etiam Priores (locali excepto) præcedent.

8 Postremò Vicarius Generalis in ea Parte, seù Prouincia, in qua vices Generalis gerit (si Patres Visitatores excipias) nulli erit secundus. hæc de præcedentia dicta sint, solùm

nè

nè intèr fratres vlla inordinatio, aut confusio oriatur. Cæterùm admonentur cuncti, vt in omnibus Christianam, ac Religiosam humilitatem colant, meminerintquè quod à Christo Domino suis discipulis dictum fuit, Qui maior est in vobis fiat sicut minor.

De Nouitiorum receptione.
Cap. 59.

1 QVI petit ingredi nostram Religionem, antequàm recipiatur ab ijs, ad quos spectat, diligentèr interrogetur. Primum, an omninò decreuerit Mundo renunciare; à quo tempore deliberauit ingredi nostram Religionem; quibus de causis hoc desiderium ei in mentem venerit; quid eum impulerit ad hoc potiùs institutum amplectendum; quàm aliud; nùm deliberatè statuerit in Religione, cuius habitum suscepturus est, viuere, & mori sub suorum Superiorum Obedientia, & similia, vt nimirùm vniuscuiusquè vocationis finis, & spiritus innotescat, & si ex sola leuitate, aut humano aliquo affectu duci dignoscatur, audiendus non erit.

2 Tùm perquiratur, àn ærè alieno grauatus existat; aut aliqua alia obligatione; nùm aliquo occulto, aut manifesto morbo laboret, aut defectum in aliqua sui Corporis parte patiatur; diligentèrq; eius vita antè acta, ac mores examinentur.

3 Interrogetur de Patria, Parentibus, eorumquè conditione, àn pauperem vitam gerunt, proptereaquè, vel alia de causa eius opera indigeant; àn sit ex legitimo matrimonio, & à progenitoribus honestis, ac bonæ famæ. Inquirat diligentèr Superior de eius ætate, & si non fuerit in 14. ætatis anno constitutus, nulla ratione ad habitum recipiatur; In literis verò sit saltèm ità eruditus, vt ex ijs qui-

bus præditus est, iudicij, ingenijq; specimen facilè coniiçere liceat, ac proindè ad eas addiscendas indubiam habilitatem, certamquè dispositionem præseferat; Ipsi autèm Conuersi, seù laici ad habitum non recipiantur antè vigesimum suæ ætatis annum, & nisi saltèm præcipua doctrinæ Christianæ capità nouerint.

4 Debet prætereà de nostri ordinis instituto summatìm Commoneri, & de omnibus difficultatibus, rebusquè difficilioribus, quæ ex nostris Constitutionibus, seruari debent certior fieri, & tandèm repertus idoneus, & à Superioribus admissus, proponi debet Capitulo locali ad Vota secreta illius Conuentus, vbì est habitum suscepturus, à quo acceptus, & ad Nouitiatus locum introductus, primùm suorum Peccatorum totius ante actæ vitæ veniam per Generalem Confessionem à Domino impetrare debet, tùm nostræ Religionis habitum à Superiore.

5 Idem ferè seruari debet Circà eos, qui in nostra Congregatione in numero Laicorum, seù Conuersorum adscribi voluerint.

6 Postremò Nouitios ad habitum recipere debent, aut Generale Capitulum, aut Patres Visitatores, aut solus Generalis, eiusque Vicesgerens, aut Prouincialis in sua Prouincia, sed illi vestiri non poterunt nisi in Conuentibus designatis, vel designandis, seruata in reliquis forma Constitutionum fel. rec. Sixti V. Clemen. 8. Pauli V. & Santiss. D.N. supèr receptione, & educatione Nouitiorum.

De Nouitiorum educatione, & de eorum Magistro. Cap. 6.

1 CIrcà Nouitiorum educationem non est, quod multum laboremus; Satis enim, superquè erit dixisse, vt in hac re nostræ Congregationis Superiores ob-

seruari

seruari curent Decreta Apostolica, & præsertim Institutiones Clemen. 8. æditas 19. Martij 1603. & à Sanctiss. D. N. confirmatas. In his enim fusissimè, & Sanctissimè recensentur quæ ad exactam Nouitiorum æducationem faciunt.

2 Nouitius ergo ad nostrum habitũ receptus, statìm sub Nouitiorum Magistri cura in nouitiatu collocetur, donèc solemnem Professionem emiserit. Nouitios cum professis, alijsuè fratribus tractare, aut alloqui non permittatur, nisi fortè necessitas vrgeret, aut presente Magistro, vel Superiori locali.

3 Nouitiorum Magister, qui non nisi secundum prædicta decreta est eligendus, rem magni momenti sibi esse commissam, intelligat, etenìm ex prima Nouitiorum Institutione, non modò eorundem profectus, verùm etiam, & integer Religionis status, ac perfectio magna ex parte, dependet. Vitæ integritate, prudentia, ac discretione, ità se gerat, & omnibus ità se præstet amabilem, vt omnes confidentèr ad ipsum confugiant, ab eoq; auxilium, ac solatium in omnibus in Domino sperent.

4 Doceat Nouitios breuitèr Doctrinam Christianam, modum itèm orandi, meditandi, fructuosè confitendi, Sacro decentèr ministrandi, Diuinum Officium, Beatæquè Virginis recitandi, pios, ac spirituales libros perlegendi, eosquè crebrò admoneat, vt sempèr in omnibus Deum quærant, omnesquè actus, in quibus se exercent, ad ipsius gloriam dirigant; Curet prætereà, vt Nouitij in omnibus locis, præsertìm verò in Ecclesia, Choro, ac Refectorio Religiosam modestiam præseferant. Deniquè det operam, vt in Nostris Constitutionibus ità instructi sint, vt vniuersa, quæ in illis præcipiuntur, ad eosquè spectant, possint integrè obseruare.

5 Elapso probationis Anno statìm, atquè Nouitius si Cle-

ricus 16. si verò Laicus vigesimum primum suæ ætatis annum compleuerit, Iterùm Capitulo locali proponatur, & approbatus ad professionem admittatur.

De Professis in professorio degentibus, ac de eorum Magistro. Cap. 61.


1 NOuitij statìm, atquè Professionem emiserint, & in Professorum numerum recepti fuerint, debent iuxtà Decreta Apostolica à Nouitiatu ad professorium trãsferri, vt nimirùm in regularis Disciplinæ obseruantia melius confirmentur, nisi fortè diutiùs in Nouitiatu aliquem de nouo professum detineri, locali Superiori magis expedire videretur.

2 Qui in Professorio degunt sub Magistri Obedientia, ac disciplina esse debent, eruntquè ab ijs, eorumquè Magistro, quo ad regularem Disciplinam cuncta ferè seruanda, quæ præcedenti capite de Nouitijs, ac de eorum Magistro dicta sunt.

3 In professorio, vel per triennium, vel certè quousq; ad ætatem suscipiendi Sacros Ordines peruenerint, permanere debent. Quo tempore omni studio curare debet eorum Magister, vt prædicti Iuuenes ijs omnibus, quæ ad Chorum, & Ecclesiã spectant, benè instruantur, & literarum studijs diligentèr incumbant.



Præ-



Præsentes Constitutiones esse ab omnibus obseruandas, ac sæpius perlegendas.
Cap. Vltimum.

1 QVemadmodùm necessarium est (vt vndè exorti simus, ibi terminemus) aliquas Constitutiones, & Regulas conscribi, quæ Nos Omnes, nostramq; Congregationem in Diuino Obsequio, & in via salutis incæpta iuuent, ac dirigant, ità longè magis necessarium erit, vt illæ eædem ab omnibus omninò obseruentur, ac custodiantur. Hortamur igitur omnes in Domino, ac districtè præcipimus, vt quæ in Volumine harum legum, & Constitutionum conscripta sunt, omni studio, omniq; conatu quisq; ex nostris obseruare, ac custodire curet. Superiores verò, quicunquè illi sint, non modò ad earum obseruationem, teneri sciant, verùm etiam, vt eorum cura, vigilantia, & exemplo à sibi subditis inuiolabilitèr obseruentur. Transgressores non solùm in pænas, ab ipsis Constitutionibus impositas, sed etiam in alias grauiores ab eo, ad quem spectabit, infligendas incurrent.


2 Vt autèm hoc faciliùs præstari possit, locales Superiores, vt in publico Refectorio præsentes Constitutiones sæpè perlegātur, saltē bis in quolibet anno, hoc est in Aduentu, & Quadragesima curare debent; Regula verò S. August. singulis mensibus perlegatur. Volumus autèm si Circà præsentes Constitutiones aliqua oriatur difficultas, quod solum Generale Capitulum possit eas declarare, talemquè Declarationem vim Constitutionis habere. Faxit Deus, vt hæc omnia adimplēdo vias nostras ad Cælestem Patriam,

vbi

vbi vera Beatitudo eſt, dirigamus, ibiquè in perpetuas æternitates ſummo bono perfruamur. Amen, &c.



RITVS VESTIENDI NOVITIOS.



VM aliquis mundo renunciare cupiens in nostrum sacrum ordinem adscribi voluerit, Superior qui secularem induere debet, cotta, & stola indutus cum omnibus suis fratribus in Ecclesiam, vel Capitulum conueniat. Secularis verò induendus, præcedente Nouitiorum magistro, ingrediatur vestes quibus induendus est, deferens, aptè accomodatas, ac plicatas, & vnà cum Magistro ad pedes Superioris genuflectat, qui eum interroget dicens. Quid petis? *Respondit.* Misericordiam Dei, & vestram Societatem. *Tunc Superior insinuans prius quid postulauerit, quàntaq; sit huiusmodi petitio de laboribus, & austeritate ordinis certiorem illum reddat; at de mutatione morum, & perseuerantia admoneat. Quo facto dicat.* Dominus qui incępit in te bonum opus ipse perficiat. ℟. Amen.

Interm secularibus vestibus exuatur à superiore dicent.

Exuat te Dominus veterem hominem cũ actibus suis ℟. Amen.
℣. Exurge Christe adiuua nos. ℟ Et libera nos ꝓpter nomẽ tuũ.
℣. Dominus vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo,

OREMVS.

DOmine virtutum supplices deprecamur clementiam tuã, vt hunc famulum tuum miserationis tuę abundantia ab omni vetustatis irreptione expurget, & capacem sanctæ nouitatis efficiat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Postmodùm induat eum habitu Nouitiorum dicens.

Induat te Dominus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. In nomine ✝ Patris, & & Filij, & Spiritus Sancti. ℟. Amen.

Illicò aspergat eum aqua benedicta; & mutet ei nomen, si videbitur expedire, maximè si habuerit nomen ethnicum imponat ei nomen alicuis sancti. His peractis dicat. ℣ Dominus vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo.

M ORE-

OREMVS.

ADesto Domine supplicationibus nostris, & hunc famulum tuum, cui in tuo sancto nomine habitum nostræ Sāctæ Religionis imposuimus, bene†dicere digneris, & præsta, vt te largiente deuotus in Ecclesia persistat, & vitam mereatur æternā. Per Christum Dominum nostrum. ℞ Amen.

Deindè Superior cum reliquis ōnibus genuflectens incipit Hymnum. Veni creator Spiritus, &c. *quem fratres prosequuntur, ac dicto primo versu Hymni, omnes surgunt. Finito Hymno permanente adhuc Nouitio genoflexo, superior dicat.* Pater noster. ℣ Et ne nos inducas in tentationem. ℞ Sed libera nos à malo. ℣ Emitte spiritum tuum, & creabuntur. ℞ Et renouabis faciem terræ. ℣ Ora pro eo sancta Dei Genitrix. ℞ Vt dignus efficiatur promissionibus Christi. ℣ Ora pro eo Beate Pater Hieronyme. ℞ Vt dignus efficiatur promissionibus Christi. ℣ Domine exaudi orationem meam. ℞ Et clamor meus ad te veniat. ℣ Dominus vobiscum. ℞ Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

DEus, qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da ei in eodem Spiritu recta sapere, & de eius sempèr consolatione gaudere, &c.


COncede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus pèrpetua mentis, & corporis sanitate gaudere. Et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui Ecclesiæ tuæ in exponendis sacris scripturis Beatum Hieronymum confessorem tuum Doctorem maximum prouidere dignatus es, præsta quæsumus, vt eius suffragantibus meritis, quod ore simul, & opere docuit te adiuuante exercere valeamus. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

Quibus peractis omnes fratres ipsum recipiant ad osculū pacis.

FINIS.

DE NOVITIORVM PROFESSIONE.



VM tempus emittendi professionem aduenerit (dato signo) superior cotta, & stola indutus, vnà cum fratribus ad Ecclesiam se conferat, & ad Altare in cornu epistolæ consistat. Ad quod Nouitius talari veste nostri coloris, & seculari pallio vestitus deferens Tunicam, Capucium, & Zonam præcedente Magistro accedat, ac in medio genuflectatur. Tunc Superior eum interroget dicens. Quid petis? *Respondit.* Dei misericordiam, & vestram societatem. *Superior autem dicat.*

Dominus qui incępit in te bonũ opus ipse perficiat. ℟. Amen. *Deindè coràm omnibus hæc, aut similia verba cum eo habeat italico tamen sermone.*

Dilecte fili in Christo. Ecce tempus tuæ probationis completum est, in quo expertus es omnem nostri ordinis asperitatem. Nunc ergò de duobus oportet te vnum eligere, idest, vel à nobis discedere, & habire in viam tuam, vel renuntiare huic seculo, & dedicare, atq; offerre te ipsum totum Deo, & ordini nostro, sciens quòd postquàm te sic obtuleris, de sub iugo obedientiæ eiusdem ordinis collum tuum non licebit excutere; quod sub tàm morosa deliberatione cum recusare liberè posses, spontè suscipere voluisti.

Quod si ipse responderit velle Deo, & ordini nostro, se totum offerre, inquirat ab eo Superior, vtrum vi, vel metu faciat professionem; & si iterùm responderit se spontè, & liberè, & non vi, vel metu vouere velle, collocatis vestibus super tabulam à cornu epistolæ Superior eas benedicat dicens:

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

DOmine Iesu Christe, qui tegumentum nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam largitatis tuæ

abundantiam, vt hoc genus vestimenti, quod sancti Patres, ad humilitatis indicium ferre sanxerunt, ità bene † dicere digneris, vt hic famulus tuus, qui eo vsus fuerit te induere mereatur, qui viuis, & regnas in sęcula sęculorum. ℟. Amen.

OREMVS.

DEus qui vestimentum singulare ad indumentum æternę iucunditatis tuis fidelibus promisisti, clementiam tuam suppliciter exoramus, vt hæc indumenta humilitatem cordis, & contemptum mundi significantia, quibus famulus tuus in sancto, ac firmo proposito vestiri desiderat propitius bene † dicas, & castitatis habitum, quem te inspirante suscipit, te protegente custodiat, vt quem veneranda veste induis beato facias indumento vestiri. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio Tunicæ, & Capucij.

BEne ✠ dicat quæsumus omnipotens Deus Tunicam, & Capucium istud capiti huius famuli tui imponendum, & presta, vt sit in eo sanitas, sanctitas, castitas, virtus, & victoria, sanctimonia, humilitas, bonitas, & mansuetudo, legis plenitudo, & obedientia. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio Zonæ.

OMnipotens sempiterne Deus, qui peccatoribus querentibus veniam pietatis tuæ misericordiam tribuisti, oramus immensam clementiam tuam, vt hanc Zonam bene † dicere, & sanctificare digneris, vt qui pro peccatis suis cincti fuerint misericordiam tuæ indulgentiæ consequantur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Postmodùm aspergantur aqua benedicta, & incenso adoleantur, mox secularibus vestibus Nouitium exuendo dicat.

℟. Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis.

℟. Amen.

Eumquè benedicat in hac forma.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DOmine virtutum supplices deprecamur clementiam tuam, vt hunc famulum tuum miserationis tuæ abundantia ab omni vetustatis irreptione expurget, & capacem sanctæ nouitatis

tis efficiat. Per Christum Dominum nostrum. ℟ Amen.

Deindè aspergat eum aqua benedicta ac, indèus Nouitium Tunica dicat.

Induat te Dominus vestimento salutis, & indumẽto letitiæ. In nomine Pat✠ris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟ Amen.

Statim verò cingat ipsum Zona benedicta dicens.

Accipe Zonam supèr lumbos tuos in signum castitatis, & cõtinentiæ in nomine Pa✠tris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟ Amen.

Demùm imponat Capucium dicens.

Accipe Capucium supèr humeros, & caput tuum in signum humilitatis obedientiæ, & munditiæ, & paupertatis. In nomine Pa✠tris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟ Amen.

℣ Dominus vobiscum.

℟ Et cum spiritu tuo.

O R E M V S.

ADesto Domine supplicationibus nostris, & hunc famulum tuum, cui in tuo sancto nomine habitum nostræ sanctæ Religionis imposuimus, bene✠dicere digneris; & præsta, vt te largiente deuotus in Ecclesia persistat, & vitam mereatur æternam. per Christum Dominum nostrum. ℟ Amen.

Deindè Superior genuflectens incipiat Hymnum. Veni creator Spiritus &c. *quem fratres prosequuntur, ac dicto, primo versu surgunt. Finito Hymno, permanente adhuc Nouitio genuflexo Superior dicat.*

℣ Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.

℟ Et renouabis faciem terræ.

℣ Ora pro eo sancta Dei genitrix.

℟ Vt dignus efficiatur promissionibus Christi.

℣ Ora pro eo Beate Pater Hieronyme.

℟ Vt dignus efficiatur promissionibus Christi.

℣ Domine exaudi orationem meam.

℟ Et clamor meus ad te veniat.

℣ Dominus vobiscum.

℟ Et cum spiritu tuo.

O R E M V S.

DEus, qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da ei in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere, &c.

Con-

COncede nos famulos tuos quęsumus Domine Deus perpetua mentis,& corporis sanitate gaudere. Et gloriosa Beatæ Mariæ sempèr Virginis intercessione à presenti liberari tristitia, & ęterna perfrui lætitia.

DEus qui Ecclesiæ tuæ in exponendis sacris scripturis Beatum Hieronymum confessorem tuum Doctorem maximum prouidere dignatus es, præsta quæsumus, vt eius suffragātibus meritis, quod ore simul,& opere docit te adiuuante exercere valeamus. Per Christum Dominum nostrum. ℟ Amen.

Post hæc autèm Superior sedeat ad altare in cornu epistolæ habens missale apertum in loco canonis Te igitur *suprà quod Nouitius flexis genibus manus extensas imponat; ac voce intelligibili emittat professionem in hac forma.*

Forma professionis coràm Reuerendissimo Patre nostro Generali.

IO Frà N. faccio professione, e prometto à Dio, & alla Beata Vergine Maria, al Padre S. Girolamo, & al Beato Pietro dà Pisa, & à voi Reuerendissimo Padre Frà N. Generale di tutta la Congregatione,& alli successori vostri vbidienza secondo la Regola di S. Agostino, e institutioni delli Frati Eremiti della Congregatione del Beato Pietro dà Pisa, & di viuere in pouertà, e castità fino alla morte.

Forma

Forma Professionis coràm Reuerendo Patre Priore.

IO Frà N. faccio Professione, e prometto à Dio, & alla Beata Vergine Maria, al Padre S. Girolamo, & al B. Pietro dà Pisa, & à voi Reuerendo Padre frà N. Priore di N. in nome, & vece del Reuerendissimo padre frà N. Generale di tutta la Congregatione, & à tutti li successori di quello vbidienza secondo la Regola di S. Agostino, & institutioni delli Frati Eremiti della Congregatione del B. Pietro dà Pisa, & di viuere in pouertà, & castità sino alla morte.

Emissa Professione Superior dicat.

IO accetto la vostra professione in nome di Dio, della sua Madre Vergine Maria, del Padre S. Girolamo, del Beato Pietro dà Pisa, e di tutta la nostra Congregatione, & se osseruarete le cose promesse heuerete la vita eterna.

Qui-

Quibus dictis Superior incipiat, Te Deum laudamus, &c. *cæteris sequentibus. Deindè.*


℣ Confirma hoc Deus quod operatus es in eo.
℟ A templo sancto tuo, quod est in Hierusalem.
℣ Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
℟ Et salutare tuum da nobis.
℣ Dominus vobiscum.
℟ Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

SEmpiterne Deus, & omnipotens Pater, qui humanæ fragilitatis infirmitatem agnoscis, respice quæsumus super hũc famulum tuum fratrem nostrum N. & larga tuæ benedictionis abundantia tantum illi robur in eius infirmitate concedere digneris, vt promissa vota, quæ præueniendo aspirasti, per auxilium gratiæ tuæ, sanctè; piè, ac religiosè viuendo valeat vigilanter obseruare, & obseruando vita promereri sempiterna. Per Christum Dominum nostrum, ℟ Amen


Quibus peractis omnes fratres ipsum recipiant ad osculũ pacis,

LAVS DEO.



For-

Forma Professionis Fidei Faciendæ.



GO F. N. Ordinis. N. Generalis, firma fide credo, profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicèt. Credo in vnum Deum Patrem Omnipotentem factorem Cœli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium; & in vnum Dominum Iesum Christum; filium Dei vnigenitum. Et ex Patre natum antè omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstãtialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui proptèr nos homines, & proptèr nostram salutem descendit de Cœlis. Et Incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus; & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundùm scripturas. Et ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterùm venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius Regni nõ erit finis. Et in Spiritum Sanctũ Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, filioquè procedit. Qui cum Patre, & filio simul adoratur, & conglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et vnam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionẽ mortuorum. Et Vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem Ecclesiæ obseruationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item sacram scripturam iuxtã consensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione


ricus 16; si verò Laicus vigesimum primum suæ ætatis annum compleuerit, Iterùm Capitulo locali proponatur, & approbatus ad professionem admittatur.

De Professis in professorio degentibus, ac de eorum Magistro. Cap. 61.


2 Nouitij statìm, atquè Professionem emiserint, & in Professorum numerum recepti fuerint, debent iuxtà Decreta Apostolica à Nouitiatu ad professorium trásferri, vt nimirùm in regularis Disciplinæ obseruantia melius confirmentur, nisi fortè diutiùs in Nouitiatu aliquem de nouo professum detineri, locali Superiori magis expedire videretur.

2 Qui in Professorio degunt sub Magistri Obedientia, ac disciplina esse debent, eruntquè ab ijs, eorumquè Magistro, quo ad regularem Disciplinam cuncta ferè seruanda, quæ præcedenti capite de Nouitijs, ac de eorum Magistro dicta sunt.

3 In professorio, vel per triennium, vel certè quousq; ad ætatem suscipiendi Sacros Ordines peruenerint, permanere debent. Quo tempore omni studio curare debet eorum Magister, vt prædicti Iuuenes ijs omnibus, quæ ad Chorum, & Ecclesiá spectant, benè instruantur, & literarum studijs diligentèr incumbant.



Præ-



Præsentes Constitutiones esse ab omnibus obseruandas, ac sæpius perlegendas.
Cap. Vltimum.

1 QVemadmodùm necessarium est (vt vndè exorti simus, ibi terminemus) aliquas Constitutiones, & Regulas conscribi, quæ Nos Omnes, nostramq; Congregationem in Diuino Obsequio, & in via salutis incæpta iuuent, ac dirigant, ità longè magis necessarium erit, vt illæ eædem ab omnibus omninò obseruentur, ac custodiantur. Hortamur igitur omnes in Domino, ac districtè præcipimus, vt quæ in Volumine harum legum, & Constitutionum conscripta sunt, omni studio, omniq; conatu quisq; ex nostris obseruare, ac custodire curet. Superiores verò, quicunquè illi sint, non modò ad earum obseruationem, teneri sciant, verùm etiam, vt eorum cura, vigilantia, & exemplo à sibi subditis inuiolabilitèr obseruentur. Transgressores non solùm in pænas, ab ipsis Constitutionibus impositas, sed etiam in alias grauiores ab eo, ad quem spectabit, infligendas incurrent.

2 Vt autèm hoc faciliùs præstari possit, locales Superiores, vt in publico Refectorio præsentes Constitutiones sæpè perlegãtur, saltẽ bis in quolibet anno, hoc est in Aduentu, & Quadragesima curare debent; Regula verò S. August. singulis mensibus perlegatur. Volumus autèm si Circà præsentes Constitutiones aliqua oriatur difficultas, quod solum Generale Capitulum possit eas declarare, talemquè Declarationem vim Constitutionis habere. Faxit Deus, vt hæc omnia adimplẽdo vias nostras ad Cælestem Patriam,

vbi

vbi vera Beatitudo eſt, dirigamus, ibiquè in perpetuas æternitates ſummo bono perfruamur. Amen, &c.



RITVS

RITVS VESTIENDI NOVITIOS.

CVM aliquis mundo renunciare cupiens in nostrum ſacrum ordinem adſcribi voluerit, Superior qui ſecularem induere debet, cotta, & ſtola indutus cum omnibus ſuis fratribus in Eccleſiam, vel Capitulum conueniat. Secularis verò induendus, præcedente Nouitiorum magiſtro, ingrediatur veſtes quibus induendus eſt, deferens, aptè accomodatas, ac plicatas, & vnà cum Magiſtro ad pedes Superioris genuflectat, qui eum interroget dicens. Quid petis? *Reſpondit.* Miſericordiam Dei, & veſtram Societatem. *Tunc Superior inſinuans prius quid poſtulauerit, quàntaq; ſit huiuſmodi petitio de laboribus, & auſteritate ordinis certiorem illum reddat; ac de mutatione morum, & perſeuerantia admoneat. Quo facto dicat.* Dominus qui incępit in te bonum opus ipſe perficiat. ℟. Amen.

Interim ſecularibus veſtibus exuatur à ſuperiore dicent.

Exuat te Dominus veterem hominem cũ actibus ſuis ℟. Amen.
℣. Exurge Chriſte adiuua nos. ℟ Et libera nos ꝓpter nomẽ tuũ.
℣. Dominus vobiſcum. ℟ Et cum ſpiritu tuo,

OREMVS.

DOmine virtutum ſupplices deprecamur clementiam tuã, vt hunc famulum tuum miſerationis tuę abundantia ab omni vetuſtatis irreptione expurget, & capacem ſanctæ nouitatis efficiat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtmodùm induat eum habitu Nouitiorum dicens.

Induat te Dominus nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. In nomine ✝ Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. ℟. Amen.

Illicò aſpergat eum aqua benedicta; & mutet ei nomen, ſi videbitur expedire, maximè ſi habuerit nomen ethnicum imponat ei nomen alicuis ſancti. His peractis dicat. ℣ Dominus vobiſcum.
℟ Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

ADesto Domine supplicationibus nostris, & hunc famulum tuum, cui in tuo sancto nomine habitum nostræ Sãctæ Religionis imposuimus, bene†dicere digneris, & præsta, vt te largiente deuotus in Ecclesia persistat, & vitam mereatur æternã. Per Christum Dominum nostrum. ℟ Amen.

Deindè Superior cum reliquis õnibus genuflectens incipit Hymnum. Veni creator Spiritus, &c. *quem fratres prosequuntur, ac dicto primo versu Hymni, omnes surgunt. Finito Hymno permanente adhuc Nouitio genoflexo, superior dicat.* Pater noster. ℣ Et ne nos inducas in tentationem. ℟ Sed libera nos à malo. ℣ Emitte spiritum tuum, & creabuntur. ℟ Et renouabis faciem terræ. ℣ Ora pro eo sancta Dei Genitrix. ℟ Vt dignus efficiatur promissionibus Christi. ℣ Ora pro eo Beate Pater Hieronyme. ℟ Vt dignus efficiatur promissionibus Christi. ℣ Domine exaudi orationem meam. ℟ Et clamor meus ad te veniat. ℣ Dominus vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

DEus, qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da ei in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere, &c.


COncede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere. Et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus qui Ecclesiæ tuæ in exponendis sacris scripturis Beatum Hieronymum confessorem tuum Doctorem maximum prouidere dignatus es, præsta quæsumus, vt eius suffragantibus meritis, quod ore simul, & opere docuit te adiuuante exercere valeamus. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Quibus peractis omnes fratres ipsum recipiant ad osculũ pacis.

FINIS.

DE NOVITIORVM PROFESSIONE.



VM tempus emittendi professionem aduenerit (dato signo) superior cotta, & stola indutus, vnà cum fratribus ad Ecclesiam se conferat, & ad Altare in cornu epistolæ consistat. Ad quod Nouitius talari veste nostri coloris, & seculari pallio vestitus deferens Tunicam, Capucium, & Zonam præcedente Magistro accedat, ac in medio genuflectatur. Tunc Superior eum interroget dicens. Quid petis? *Respondit.* Dei misericordiam, & vestram societatem. *Superior autem dicat.*

Dominus qui incępit in te bonū opus ipse perficiat. ℟ Amen.

Deindè coràm omnibus hæc, aut similia verba cum eo habeat italico tamèn sermone.

Dilectæ fili in Christo. Ecce tempus tuæ probationis completum est, in quo expertus es omnem nostri ordinis asperitatem. Nunc ergò de duobus oportet te vnum eligere, idest, vel à nobis discedere, & habire in viam tuam, vel renuntiare huic seculo, & dedicare, atq; offerre te ipsum totum Deo, & ordini nostro, sciens quod postquàm te sic obtuleris, de sub iugo obedientiæ eiusdem ordinis collum tuum non licebit excutere; quod sub tàm morosa deliberatione cum recusare liberè posses, spontè suscipere voluisti.

Quod si ipse responderit velle Deo, & ordini nostro, se totum offerre, inquirat ab eo Superior, vtrum vi, vel metu faciat professionem, & si iterùm responderit se spontè, & liberè, & non vi, vel metu vouere velle, collocatis vestibus super tabulam à cornu epistolæ Superior eas benedicat dicens:

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

DOmine Iesu Christe, qui tegumentum nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam largitatis tuæ

abundantiam, vt hoc genus veſtimenti, quod ſancti Patres, ad humilitatis indicium ferre ſanxerunt, ità bene † dicere digneris, vt hic famulus tuus, qui eo vſus fuerit te inducere mereatur, qui viuis, & regnas in ſęcula ſęculorum. ℞. Amen.

O R E M V S.

DEus qui veſtimentum ſingulare ad indumentum æternę iucunditatis tuis fidelibus promiſiſti, clementiam tuam ſuppliciter exoramus, vt hæc indumenta humilitatem cordis, & contemptum mundi ſignificantia, quibus famulus tuus in ſancto, ac firmo propoſito veſtiri deſiderat propitius bene†dicas, & caſtitatis habitum, quem te inſpirante ſuſcipit, te protegente cuſtodiat, vt quem veneranda veſte induis beato facias indumento veſtiri. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Benedictio Tunicæ, & Capucij.

BEne ✠ dicat quæſumus omnipotens Deus Tunicam, & Capucium iſtud capiti huius famuli tui imponendum, & pręſta, vt ſit in eo ſanitas, ſanctitas, caſtitas, virtus, & victoria, ſanctimonia, humilitas, bonitas, & manſuetudo, legis plenitudo, & obedientia. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Benedictio Zonæ.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui peccatoribus querentibus veniam pietatis tuæ miſericordiam tribuiſti, oramus immenſam clementiam tuam, vt hanc Zonam bene†dicere, & ſanctificare digneris, vt qui pro peccatis ſuis cincti fuerint miſericordiam tuæ indulgentiæ conſequantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Poſtmodùm aſpergantur aqua benedicta, & incenſo adoleantur, mox ſecularibus veſtibus Nouitium exuendo dicat.

℣. Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis.

℞. Amen.

Eumquè benedicat in hac forma.

℣. Dominus vobiſcum.

℞. Et cum Spiritu tuo.

O R E M V S.

DOmine virtutum ſupplices deprecamur clementiam tuam, vt hunc famulum tuum miſerationis tuæ abundantia ab omni vetuſtatis irreptione expurget, & capacem ſanctæ nouitatis

tis efficiat. Per Christum Dominum nostrum. ℟ Amen.

Deindè aspergat eum aqua benedicta ac, indeus Nouitium Tunica dicat.

Induat te Dominus vestimento salutis, & indumeto letitiæ. In nomine Pat✠ris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟ Amen.

Statim verò cingat ipsum Zona benedicta dicens.

Accipe Zonam supèr lumbos tuos in signum castitatis, & cõtinentiæ in nomine Pa✠tris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟ Amen.

Demùm imponat Capucium dicens.

Accipe Capucium supèr humeros, & caput tuum in signum humilitatis obedientiæ, & munditiæ, & paupertatis. In nomine Pa✠tris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟ Amen.

℣ Dominus vobiscum.

℟ Et cum spiritu tuo.

O R E M V S.

ADesto Domine supplicationibus nostris, & hunc famulum tuum, cui in tuo sancto nomine habitum nostræ sanctæ Religionis imposuimus, bene✠dicere digneris; & præsta, vt te largiente deuotus in Ecclesia persistat, & vitam mereatur æternam. per Christum Dominum nostrum. ℟ Amen.

Deindè Superior genuflectens incipiat Hymnum. Veni creator Spiritus &c. *quem fratres prosequuntur, ac dicto, primo versu surgunt. Finito Hymno, permanente adhuc Nouitio genuflexo Superior dicat.*

℣ Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.

℟ Et renouabis faciem terræ.

℣ Ora pro eo sancta Dei genitrix.

℟ Vt dignus efficiatur promisionibus Christi.

℣ Ora pro eo Beate Pater Hieronyme.

℟ Vt dignus efficiatur promissionibus Christi.

℣ Domine exaudi orationem meam.

℟ Et clamor meus ad te veniat.

℣ Dominus vobiscum.

℟ Et cum spiritu tuo.

O R E M V S.

DEus, qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da ei in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere, &c.

Con-

Forma Professionis coràm Reuerendo Patre Priore.

IO Frà N. faccio Profeſsione, e prometto à Dio, & alla Beata Vergine Maria, al Padre S. Girolamo, & al B. Pietro dà Piſa, & à voi Reuerendo Padre frà N. Priore di N. in nome, & vece del Reuerendiſsimo padre frà N. Generale di tutta la Congregatione, & à tutti li ſucceſſori di quello vbidienza ſecondo la Regola di S. Agoſtino, & inſtitutioni delli Frati Eremiti della Congregatione del B. Pietro dà Piſa, & di viuere in pouertà, & caſtità ſino alla morte.

Emiſſa Profeſsione Superior dicat.

IO accetto la voſtra profeſsione in nome di Dio, della ſua Madre Vergine Maria, del Padre S. Girolamo, del Beato Pietro dà Piſa, e di tutta la noſtra Congregatione, & ſe oſſeruarete le coſe promeſſe heuerete la vita eterna.

Qui-

Forma Professionis Fidei Faciendæ.



GO F. N. Ordinis. N. Generalis, firma fide credo, profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicèt. Credo in vnum Deum Patrem Omnipotentem factorem Cœli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium; & in vnum Dominum Iesum Christum; filium Dei vnigenitum. Et ex Patre natum antè omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstãtialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui proptèr nos homines, & proptèr nostram salutem descendit de Cœlis. Et Incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundùm scripturas. Et ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterùm venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius Regni nõ erit finis. Et in Spiritum Sanctũ Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, filioquè procedit. Qui cum Patre, & filio simul adoratur, & conglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et vnam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionẽ mortuorum. Et Vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem Ecclesiæ obseruationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item sacram scripturam iuxtà consensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione

Sacrarum Scripturarum admitto ; nec eam vnquàm nisi, iuxtà vnanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoquè, septem esse verè, & propriè Sacramenta nouæ legis, à Iesu Christo Domino nostro institutà, atque ad salutem humani generis licèt non omnia singulis necessaria scilicèt, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaquè gratiam conferre: & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sinè Sacrilegio, reiterari non posse. Receptos quoquè, & approbatos Ecclesiæ Catolicæ ritus in Sacramentorum omnium solemni administratione recipio, & admitto. Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in Sacrosancta Tridètina Synodo definita, & declarata fuerunt amplector, & recipio. Profiteor paritèr, in Missa offerri Deum verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro viuis, & defunctis; atquè in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realitèr, & substantialitèr corpus, & sanguinem, vnà cum anima, & Diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fieriquè conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in Sanguinem; quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantùm specie totum atquè integrum Christum, verumq; Sacramentum sumi.

Constantèr teneo, purgatorium esse, animasq; ibi detentas fidelium suffragrijs iuuari, similiter & Sanctos vnà cum Christo regnantes, venerandos, atquè inuocandos esse, eosquè orationes Deo pro nobis offerre, atq; eorum reliquias esse venerandas firmissimè assero. Imagines Christi, ac Dei paræ sempèr Virginis, nec non aliorum

San-

Sanctorum habendas, & retinendas esse, atquè debitum honorem, ac venerationem impertiendum. Indulgentiarum etiàm, potestatem à Christo in Ecclesia relictã fuisse, illarumquè vsum Christiano Populo maximè salutarem esse affirmo. Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnosco, Romanoq; Pontifici Beati Petri Apostolorũ principis successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro.

Cæteraq; item omnia à Sacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitantèr recipio, atq; profiteor. Simulq; contraria õnia, atq; hereses quascumq; ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego paritèr damno, reijcio, anatematizo. Hanc verò Catholicam fidem, extrà quam nemo saluus esse potest, quam in presenti spontè profiteor, & veracitèr teneo, eandem integram, & inuiolatam vsq; ad extremum vitæ Spiritum constantissimè, Deo adiuuante, retinere, & confiteri, atquè à meis subditis, vel illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & predicari, quantùm in me erit curaturum.

Forma absolutionis generalis, quæ dari solet in extremis vitæ constitutis.


DOMINVS Noster Iesus Christus per merita suæ Sanctissimæ passionis te absoluat, & gratiàm suam tibi infundat; & ego auctoritate ipsius, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Summorum Pontificum mihi in hac parte commissa, & tibi concessa, absoluto te ab omni vinculo excomunicationis maioris, vel minoIri

vel minoris, & ab omni sententia suspensionis, & interdicti; & dispenso tecùm in omni irregularitate, si quam contraxisti. Eadem auctoritate ego absoluo te ab omni transgressione votorum tui ordinis, & statutorum Papalium, Generalium, & Prouincialium localium, & Synodalium, quorumcumquè. Eadem auctoritate absoluo te ab omni officio malè persoluto, horis indebitè transpositis, vel dimissis. Item eadèm auctoritate absoluo te ab omnibus peccatis tuis, quibus cõtrà Deum fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquisti, concedens tibi remissionem, & Indulgentiam Plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum, & cunctorum de quibus etiam non recordaris, in quantùm claues Ecclesiæ se extendunt.

Item Eàdem auctoritate absoluo te à penis Purgatorij, quas pro peccatis commissis & delictis in hoc mundo perpetratis meruisti, restituendo te illi innocentiæ, in qua eras, quandò baptizatus fuisti. In nomine Patris † & Filij † & Spi†ritus Sancti. Amen.

*

INDEX CAPITVLORVM TOTIVS OPERIS.



Regula S. Augustini. Car. 5.
De ijs quæ ad Dei cultum, & ad Officia Pietatis, ac primò de Diuinorum mandatorum obseruantia. Cap. 1. fac. 13.
Quid cuiq; agendum sit manè cum surgit, & vesperè antè cubitum. Cap. 2. fac. 13.
De Oratione mentali, alijsuè precibus fundendis. Cap. 3. fac. 14.
De audiendo quotidiè Sacrum, ac Sanctissima Communione. Cap. 4. fac. 15.
De Officio, & Horis Canonicis in Choro persoluendis. Cap. 5. fac. 16.
Ad quid teneantur laici loco Diuini Officij. Cap. 6. fac. 18.
De Suffragijs prò Defunctis. Cap. 7. fac. 18.
De Ieiunijs. Cap. 8. fac. 20.
De flagellationibus. Cap. 9. fac. 20.
De Votorum obseruatione, & primò de Voto Paupertatis. Cap. 10. fac. 21.
De Voto Castitatis. Cap. 11. fac. 23.

De

De Obedientia. Cap. 12. fac. 24.
De Benedictione Mensæ, lectione, ac gratiarum actione. Cap. 13. fac. 25.
De modo accusandi se, ac Culpã dicendi. Cap. 14. fac. 27.
De silentio. Cap. 15. fac. 28.
Nullam esse debere inter Fratres Habitus varietatem, ac dissentionem. Cap. 16 fac. 29.
De modo cubãdi manẽdiq; in Cubiculo. Cap. 17. fac. 31.
Egressurus è Monasterio, & in Conuersatione præsertim cum Externis qua ratione se gerere debeat. Cap. 18. fac. 32.
De conscribendis, acipiendisq; literis, ac de Querelis, & Processibus fabricãdis. Cap. 19. fac. 33.
De Vagis, seù Vagantibus, & Apostatis. Cap. 20. fac. 35.
De excipiendis Hospitibus, & Peregrinis. Cap. 21. fac. 37.
De locis ad literarum studia designandis. Cap. 22. fac. 38.
De Philosophiæ, ac Scholasticæ Theologiæ lectoribus. Cap. 23. fac. 39.
De Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ Discipulis. Cap. 24. fac. 41.
De Studiorum Præfecto. Cap. 25. fac. 41.
De lectione Moralis Theologiæ. Cap. 26. fac. 42.
De promouendis ad Ordines. Cap. 27. fac. 42.
Qua ratione Infirmis seruiendum sit. Cap. 28. fac. 44.
Quid agendum ergà Senes, & Impotẽtes. Cap. 29. fac. 45.
De percussione, furto, alijsq; Delictis. Cap. 30. fac. 46.
De Ianitore, eiusq; Officio. Cap. 31. fac. 47.
De Sacrista eiusq; Officio. Cap. 32. fac. 48.
Qua ratione cuiusq; Conuentus Suppellex, præcipueq; libri custodiendi sint. Cap. 33. fac. 49.
Nullum Priorem, aut Superiorem posse alienare, permutare, locare, aut fabri-

ca-

care absq; Capituli, aut PP. Visitatorum facultate. Cap. 34. fac. 51.

Quo modo rationes accepti, & expensi cuiusq; Conuentus à Priore adnotari, & praescribi debeant. Cap. 35. fac. 52.

Cuius qualitatis, & Conditionis esse debeant nostrae Congregationis Superiores. Cap. 36. fac. 55.

De Procuratore Generali. Cap. 37. fac. 56.

De Cancellarijs. Cap. 38. fac. 57.

De Examinatoribus. Cap. 39. fac. 58.

De Patribus Graduatis. Cap. 40. fac. 59.

Quanto tempore permanere debent Superiores in eorum Dignitatibus, & officijs. Cap. 41. fac. 60.

Rem nullam ad totam Congregationem spectantem sinè eiusdem consensu fieri debere. Cap. 42. fac. 61.

Quis modus, quaeuè forma in omnibus, & singulis Scrutinijs, & Electionibus cuiuscumq; Capituli sit ab omnibus seruanda. Cap. 43. fac. 62.

Quo tempore, quouè loco caelebrandum sit Generale Capitulum. Cap. 44. fac. 64.

Quinàm se conferre debeant ad Comitia Generalia. Cap. 45. fac. 65.

Modus, ac forma Discretum eligendi praescribitur. Cap. 46. fac. 66.

De Officio PP. Correctorum in Capitulo Generali. Cap. 47. fac. 67.

De Electione Vicarij Generalis Capituli, PP. definitorum, eorumq; Officij. Cap. 48. fac. 68.

Dr electiòne P. Generalis in Capitulo. Cap. 49. fac. 71.

De

De Prouincialium Electione in Generail Capitulo. Cap. 50. fac. 72.
De electione PP. Correctorum. Cap. 51. fac. 73.
Qua ratione Capitulum publicandum sit, ac dimittendum. Cap. 52. fac. 74.
Nulli, ex nostris, quæ in Congregatione, aut Capitulis pertractantur externis referre liceat. Cap. 53. fac. 75.
Describitur modus eligendi Generalem, & Prouinciales extrà Capitulum. Cap. 54. fac. 75.
Traditur modus eligendi Priores, ceterosq; Officiales, ac etiam Procuratorem Generalem extrà Capitulum. Cap. 55. fac. 78.
De modo visitandi Monasteria. Cap. 56. fac. 78.
Posse Generalem, ac Prouinciales alijs suas Vices demandare. Cap. 57. fac. 81.
Quis ordo intèr Fratres, ac Superiores nostræ congregationis constituẽdus sit. Cap. 58. fac. 81.
De Nouitiorum receptione. Cap. 59. fac. 83.
De Nouitiorum educatione, & de eorum Magistro. Cap. 60. fac. 84.
De Professis in Professorio degentibus, ac de eorum Magistro. Cap. 61. fac. 80.
Præsentes Constitutiones esse ab omnibus obseruandas, ac sæpius perlegẽdas. Cap. vl. fac. 87.
Ritus vestiendi Nouitios fac. 89.
De Nouitiorum Professione. fac. 91.
Forma professionis coràm Reuerendiss. P. N. Gen. fac. 94.
Forma Professionis coràm Reu. P. Priore. fac. 65.
Forma Professionis Fidei faciendæ. fac. 99.
Forma Absolutionis generalis, quæ dari solet in extremis constitutis. fac. 101.